omelia p(ri)ma sup(er) a(ctus) ap(ostolorum) dicit
Joh(ann)es erat corp(or)alis et aq(ua)
ē corp(or)is. id(e)o corp(or)i(bus) corp(or)e
baptizat corp(or)a. xp(istu)s aut(em) ē
sp(iritu)s s(an)c(tu)s et sp(irit)us ē sp(irit)us aīa
et v(e)ro ē sp(irit)us. id(e)o sp(irit)u cu(m)
sp(irit)u sp(iritu)m n(ost)r(u)m baptizat Et
omelia p(ri)ma dicit Ergo Joh(ann)es
baptizat x(pistu)m in aqua
x(pistu)s aut(em) baptizat Joh(ann)em
in sp(irit)u s(an)c(t)o q(ui)a hic ē qui
baptizat in sp(irit)u s(an)c(t)o. Insup(er)
quid de m(od)o sua auctoritas

baptis(m)i v(e)l q(uo)d ē nullo qui
solu(m) p(ri)ncipal(ite)r op(er)a(tur) in ips(o)
tanta. n(on) ē auctoritas bapt(ism)e
p(ri)ncipalis & q(uo)d p(otes)tatem qua
sc(ilicet) h(ab)et p(ri)ncipaliu(m) effectuu(m)
bap(tis)mi t(ame)n dei sunt culpe
delecto g(ra)cie infusio. et carac-
teris impressio et h(ec) ag(e)ndi nulli
comunicat n(on) p(otes)t comunicare c(re)ature
nulli eni(m) c(re)ature p(otes)t comunicare
potencia c(re)andi g(ra)ciam/ vel
et cooperandi/ ad ip(s)ius cara-
cteriz in s(acramen)to/ non ē ut puto
a(li)qua virtus act(i)va/ re(spectu) tale
g(ra)cie vel et caracterez/ sz solu(m)
ut assistens s(acramen)to co(n)debite
ministra h(abe)t om(n)ia op(er)a/ p(otes)tatem
aut(em) excellencie/ nulli comunicat
p(ro)fuit hi comunicare/ ut sc(ilicet)
bap(tis)mo p(er) aliqu(id) p(ro)p(ri)u(m) conferret
deus v(e)l g(ra)ci(am) q(ua)m bap(tis)mo/ p(ro) aliud
sz h(ec) nulli comunicat/ ne solu(m) po-
n(er)et(ur) in c(re)atura/ p(otes)tatem et inno-
vac(i)o(n)is potuit comunicare q(uo)d sc(ilicet)
ad invocac(i)o(n)em a(lic)uius puta petri
vel pauli celebraret(ur) baptismus
sz ne ista(m) nulli comunicat/ ne bap(tis)ma
dividere(tur) ut non poss(et) a(li)quis dic(ere)
ego sum cephe/ ego aut(em) pauli et
sz quilz dicat ego sum x(pist)i/ p(otes)tatem
et institucio(n)is potuit comunicare q(uo)d
sc(ilicet) a(li)quis h(om)o bap(tis)m(u)m institueret
ad cui(us) suscepc(i)o(n)em h(omi)nes a pecc(at)o
mūdarent(ur)/ sz ne h(ec) voluit comu-
nicare/ ne bap(tis)mi auctoritas minueret(ur)
Eo(rum) ergo p(otes)tatem ministerialem
comunicat h(omi)nib(us) et om(ne)s alias
p(otes)tates re(spectu) bap(tis)mi sibi reservavit
Summa ergo ē auctoritas bap(tis)mi
eccl(es)ie q(ua)m solu(m) x(pistu)s instituit
et ad cui(us) solu(m) invocac(i)o(n)em
ministratur in p(ri)mo eccl(es)ie/ sz nu(n)c
ministra(tur) ad invocac(i)o(n)em trinitat(is)
q(uo)d id(e)o ē et q(uia) x(pistu)s p(ri)ncipal(e)s
effectus imp(r)et op(er)a(tur) q(ua)s etiam

deus habet scientiam infinitatem | nil est invisibile apud deum

possit produci sine facto / Et hec
tanta auctoritas habetur in e a hoc
quod principaliter baptizat sed xpc qui est
verus deus De quo dicitur in psalmo
hic est deus in medio et in seculum
seculi ipse reget nos in secula Ca
quod scimus quod iste medicus celestis
qui sanat spiritum hominis ab omni
spirituali egritudine habet quedam privile
gia singularia respectu aliorum terrestrium
que non potest habere respectu corporalis aliquis
medicus corporalis / Videmus enim quod
peritus medicus corporalis primo
ad egrum attendit huius morbum
diligenter aspicit · 2° remedium
efficax celeriter apponit / Scito
si est possibile morbum totaliter a corpore
expellit Certe ista quattuor multo
excellencius et multo perfectius
habet medicus celestis respectu anime ipse
eius · primo habet immensitatem essentie
per quam intime anime illabitur
infirmi · magis enim incomparabiliter
potest approximare infirmo spiritum quam
aliquis corporalis medicus ego
corpori / corporalis enim medicus solum
tangit corpus extrinsecus · iste autem ce
lestis medicus penetrat omnia intima
anime et intimior est anime quam ipsa
sibi · melius quod potest animam sanare
quam alii medici corporis · quia ipse
intimatur anime, alii autem medici solum
tangunt exteriora corporis / Hoc autem
privilegium habet iste celestis medicus
quia est verus deus qui est ubique per
essentiam presentiam et potentiam / De
ista immensitate essentie qua
hic medicus habet loquitur ambo
Johannes / precursor enim dicit in fine capi
tuli hodierni ego vidi et testimonium
perhibui quia hic est filius dei scilicet
qui est deus / Evangelista autem dicit
de ipso in fine sue Canonice vltimo capitulo
hic est verus deus et vita eterna /
2° habet immensitatem sciencie per quam
perfectius cognoscere morbum

anime quam aliquis alius medicus me
dicus possit cognoscere morbum
corporis / ipse namque deus est et homo
inquantum deus habet scientiam infinitam
per quam clarissime videt omnia
quecumque abdita et intima /
De ipso namque dicit Baruch 3°
hic est deus noster et non estimabitur
alius adversus eum hic adinvenit
omnem viam discipline Et in Reg
1° dixit Anna sancta mater
Samuel deus scientiarum
dominus est et ipsi preparantur cogita
tiones / nil enim est invisibile
in conspectu eius Hebr. 4°
Est enim discretor cogitationum
et intencionum cordis et pertingit
usque ad divisionem spiritus et anime
Subtilius ergo in infinitum potest
omnem egritudinem anime cognoscere
quam aliquis alius medicus
possit cognoscere egritudinem corporis
Ipse autem inquantum homo quamvis non
habeat infinitam scientiam habet tamen
longe maiorem quam aliqua
spiritualis creatura / deus enim dat
aliis scientiam et alia dona
in mensura, sed xpo dedit non
ad mensuram Sic dicit precursor
Johannes 3° Spiritus enim sanctus eum
ut baptizaretur descendit super
eum et mansit super eum ut ait
dicit precursor in hoc Evangelio / Jo
immediate quod ipse habuit dona spiritus
sancti Sapientie Scientie intellectus consilii
et alia excellencius quam omnes
alie creature unde de ipso dicit
Johannes in sue Canonice capitulo vltimo
spiritus est qui testificatur quod xpc est
veritas secundum formam inquantum deus
et vas completum veritatis omnis
tale sive inquantum homo Tercio
habet immensitatem clementie per quam
apponit remedium efficacius
convenit infirmitati anime quam aliquis

medicus corporalis possit apponere contra infirmitatem corporis / ipse enim est agnus dei / ut dicitur in Ewangelio agnus inter omnia est dulcius. et certe istius agni vita est infinita dulcedo. quia de suo corde voluit facere emplastrum / ad curationem omnium morborum spiritualium / hic est lapis quem reprobaverunt edificantes et factus est in caput anguli / et non est in aliquo alio salus nec est aliud nomen sub celo in quo oporteat nos salvos fieri / dicit petrus Act. iiii°. Nullus enim alius medicus potest apponere salubre remedium contra infirmitatem anime. et ipse solus propter suam inexpressibilem clementiam instituit efficax remedium contra langwores infirmitatem quod est baptismus in quo ipse tanquam principalis artifex operatur / Unde Iohannes: hic est qui venit per aquam et sanguinem Iohannis v°. Summa fuit ista clementia quod voluit sinum lateris aperire ut de ipso daret efficacia remedia contra morbos anime / exivit enim de ipso aqua regenerationis hoc est designans aquam baptismalem et sanguis redemptionis qui dat virtutem et efficaciam omnibus sacramentis / Tanta est immensitas potentie per quam ipse perfectius et citius expellere omnem morbum peccati ab anima quam aliquis corporalis medicus possit aliquem morbum a corpore expellere / nam ipse solus dimittit peccata / sicut hoc precursor de ipso dicit. ecce qui tollit peccata mundi. Et non dicit que peccata vel qualia vel quanta sed generaliter dicit peccata mundi. ut innuat quod omnia tollat quecunque vel quantacunque vel qualiacunque sunt ita / nisi inveniat obicem in peccatore. hic ipse quidem

est de se sufficiens est ad omnia tollenda et remittenda. Unde dicit petrus Act. x°. huic scilicet Christo de quo loquitur ibidem / omnes prophete testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Et notate quod absolute dicit remissionem peccatorum / sic et baptista: qui tollit peccata mundi / dicit quod omnes qui credunt in eum quantum est ipse sit sufficiens tollere et remittere omnia peccata. non tamen recipiunt istud beneficium nisi illi qui credunt in eum id est fide formata et caritate credunt in ipsum / Omnes enim alii ponunt obicem / et ideo non est in ipsis efficax medicina Christi / Ex quibus omnibus patet quod summa est auctoritas istius medici celestis qui operatur principaliter in baptismo et aliis sacramentis quod nulli licite potest contrariari / Bene ergo dixerunt Samaritani de Christo Iohannis iiii° / nos audivimus et scimus quia hic est vere salvator mundi Iudei tamen et sarraceni et alii infideles non credunt in Christo tanquam esse auctoritatem / tanquam quod veritatem / et ideo non curant de eius baptismo / Iudei namque dixerunt de eo. non est hic homo a deo Iohannis ix° / Et Luce xxiii°. vocaverunt eum subversorem gentis / coram Poncio Pilato. Mali et viam quamvis credat in eum tanquam auctoritatem non tamen credunt fide viva / sed mortua. Summa et si confiteatur verbis / factis tamen negat / Propter quibus omnibus dixit Symeon de Christo Luce ii°. ecce positus est hic scilicet Christus in ruinam multorum scilicet spiritualem et eternalem / omnium infidelium et omnium in peccatis perseverantium

usque ad finem vite. quod concedere
digneris scilicet x'. Positum est etiam
in 22 capitulo multorum id est omnium fidelium
in celo et usque ad finem in bono
vivere perseverancium. In 2a omnes
spirituales in prima que est a virgine
et tandem gloriam in fine que
erit ab omni miseria liberata. Cuius
glorie 2e omnes participes nos fa
ciat Ihesus Christus qui est benedictus in
secula seculorum amen

Nuptie facte sunt in Chana Galilee

Johannis 2o. Iste nuptie
in quibus ad litteram fuit Christus Ihesus
cum matre sua simul cum discipulis
et quas voluit approbare
presencia sua personali. Ac per hoc
et carnale coniugium. contra ba
do cometa hereticorum qui nupcias
damnant. designant misticas nup
cias spirituales quas fecit et
facit deus in ista vita per coniunctionem
filii sui et humane nature ab eo
assumpte de quibus habetur Apocalypsis 19o
In istis ac nupciis spiritualibus
sponsus est filius dei. sponsa est
humana natura seu fidelium ecclesia. In
istis nupciis ministrant et serviunt
omnia membra corporis mistici scilicet
omnes fideles. Item in istis nup
ciis etiam sunt maria mater Ihesu
et discipuli eius et si non personaliter
tamen spiritualiter videlicet impendendo
suffragium orationis et consilium
salutis. In istis etiam deficit vi
num optimum id est vinum eterne beatitudinis
quod beati potabunt. De quo dicit Christus
Mathei 26o Non bibam amo
do de hoc genimine vitis donec
bibam id vobiscum novum in regno
patris mei. Et de quo potest exponi
per figuram hoc quod dixit architriclinus
sponso in fine huius Evangelii.
Tu servasti vinum bonum usque ad
huc. hoc dicebatur vero sponso
Christo in eterna beatitudine. In istis etiam
nupciis sunt sex ydrie quibus
hic minister et servitor harum nup
ciarum. scilicet naturales vi virtutes anime
scilicet intellectiva. affectiva. medita
tiva. sensitiva. imaginativa et
motiva seu operativa. Et quia
in istis nupciis deficit optimum
vinum glorie sicut dictum est. quia
homines viatores non sunt ido
nei istud vinum potare. Ideo
mater piissima Christi explicat
hunc defectum istud dicens. Vinum
non habent. ut scilicet vinum
istud ministret hominibus
post hanc vitam et ut hoc
dicatur sponso servasti vinum
bonum usque adhuc. Et quia ipsa
predilectissima inter omnes creaturas
filii sui secretaria scit quod in
ydriis hominum perditorum non potest
vinum capi nisi prius impleantur
aqua. Ideo ipsa misericordissima consu
lens omnium saluti dixit eis.
quodcumque dixerit vobis filius
meus facite. et sic invenietis
vinum quod vobis deficit. Dulcissima
mater Christi virgo maria septies in
legitur locuta fuisse. Bis ange
lo primo ministrando modum nove genera
tionis dicens Luce 1o. Quomodo fiet istud
quoniam virum non cognosco. Secundo exprimendo
actum sue consensionis ibidem Ecce
ancilla domini fiat mihi secundum verbum
tuum. Bis etiam legitur locuta filio.
primo conquerendo suo dilecto
affectum dicens. Fili quid fecisti nobis
Luce 2o. Secundo explicando nostre
conditionis defectum dicens. Vinum
non habent sicut in textu. Semel
autem fuit locuta deo scilicet offeren
do gratiarum actionem canticum. dicens

Magnificat anima mea dominum &c. Et hec
sunt locuta diffusius. quorum quedam
sunt locuta vel angelo vel filio
vel aliis hominibus. In hoc nobis
datur exemplum expendendi maiorem
partem temporis in laude dei. Semel
aut locuta sunt hominibus ut
patet ministris imperians in nuptiis
ipsa sunt cum suo filio cuius
consilii xiiiª die xxx^m pri-
cium Ihesu v. et hec dissuadendo
prevaricatores a consensu et persuadendo
de obedientie officium dicens eis
Quodcumque dixerit vobis filius
meus facite, id est per opera implete.
Salubre est istud consilium quod
dat mater gratie consulens saluti
omnium. maledictus omnis erit homo
qui non audierit eius consilium con-
sulentis consilium. & Omnia ergo
quecumque dixerit precipit nullo penitus
excepto. debet homo quamlibet integre
perficere vel obmittendo. Omnia
sic dicit Jacobus ii°. Quicumque totam
legem servaverit et offendat in
uno factus est omnium reus. Demum
illi homines dixerunt id quod dixerunt
filii Israel Exodi xix°. Omnia
quecumque locutus est dominus faciemus.
Non enim sufficit deo perfecti-
onis audiendo et loquendo. sed oportet
faciendo quia in hoc comprobatur vera
humilitas. Dicit enim salvator Mathei vii°
Non omnis qui dicit michi domine domine
intrabit in regnum celorum. sed qui
facit voluntatem patris mei qui
in celis est. ipse intrabit in re-
gnum celorum. Loquitur autem et dicit
vox dei filius primo in hoc libro
creature excitans negligentes
ad devotam adimpletionem preceptorum
suorum. qui nulla creatura in rebus
recepit diminutionem ordinatorum.
Dicit enim propheta in psalmis loquens
ipse dixit et facta sunt mandavit

et creata sunt. et statuit preceptum
posuit et non preteribit. Rex nulla
creatura preter corporalis preterit dominum
preceptum. et per hec omnis ista creatura
nos excitat ad domini precepti obser-
vationem. Deus enim precepit soli ut
oriretur de mane et occidit in
sero. et sic semper fecit de communi
lege. quod addo quia semel sicut
legitur non occidit in una die neque
fuit ortus sub Ezechia rege
Juda. semel et stetit in medio
celi sine occasu per spacium unius
diei sub Iosue x°. De aliis celestibus
corporalibus cognitus enim a divino sta-
tuto semper ascendit et terra semper descen-
dit. Idem et est in animalibus brutis
que semper servant divinam ordinationem.
Magis ergo est verecundia hominibus
et demonibus qui ipsi soli transgre-
diuntur dominum in precepto. Tamen
quamvis sit. deus loquitur nobis in isto
libro scilicet universis creature et remittit
nos ad istum librum ut saltem
ad distantiam a creaturis corporalibus
sapientiam et obedientiam adimplen-
da mandata sua. Ipse enim pro sapien-
tie mittit hominem pigrum ad for-
micam dicens ei Proverbiorum vi°.
vade ad formicam o piger et
disce ab ea sapientiam. Ideo dicit
et loquitur nobis in libro rationalis
nostre id est mentis conscientie. excitans dormi-
entes ad peccati festinam detestationem.
Deus enim loquitur nobis ad cor. Osee
ii° dicit de anima hominis.
ducam eam in solitudinem et loquar
ei ad cor. Et in psalmis dicit propheta
Audiam quid loquatur in me deus
id est intra me. Intus enim in anima
hominis impressa est lex nature. De qua
loquitur Apostolus ad Romanos ii°
gentes que legem non habent naturaliter
ea que legis sunt faciunt. Et hec
lex in isto libro scripta quam
maxime decet dominum recollere.

xxiij esse fomenta peccatum tamquam
quendam morbum periculosum celeriter
esse destruendum et bonum virtutem
tamquam medicinale remedium
esse apponendum. In isto ergo libro legimus
nobis vere ad cor excitat nos
ut peccatum festine deseramus. Ipse
enim est ille qui stat ad hostium
nostre mentis et pulsat. Unde dicitur
Apocalypsis iij: Hec dicit amen, id est
ille qui dicitur amen cuius sumitur
nominatio, id est veritas, quando dicit: Ecce
ego sto ad hostium et pulso. Si
quis audierit vocem meam et
aperuerit ianuam intrabo
ad illum et cenabo cum eo et ipse
mecum. Stat ergo vere ad hostium
nostre mentis pulsans et volens
ingredi et volens nobis legere
in isto libro interiori istam lectionem
quod scilicet peccatum fugiamus et virtutes
amplexemur. Quod si fecerimus
vere cenabit nobiscum et nos cum
illo. Magna quidem cena velut quod nos
ponamus tria fercula scilicet contritionem cordis
primum, secundum de confitendo, et
satisfaciendo. Ista tria debemus ap-
ponere de nostro, quando est nobis
possibile. Ipse autem vult apponere
alia tria de suo scilicet culpe dele-
tionem, gratie infusionem, et pene eterne
intransitoriam commutationem. Tertio
vere dicit et loquitur nobis in libro
sapientiali scripture veritas dis-
credentibus ad fidem apertam conver-
tendis. Nam sacra scriptura instruit
nos perfecte de omnibus salutis
nostre. Primo tamen instruit nos
ut firmiter credamus credenda
sicut et ea firmiter confiteamur. Unde
dicit Evangelista Johannes xx: Hec
scripta sunt scilicet in evangelio et
aliis sacre scripture libris ut cre-
datis quod Jhesus est Christus filius dei
et ut credentes vitam habeatis
in nomine eius. Istud ergo confirmatur
dicit nobis vere in isto libro. Unde ipse
dicit Luce xij: Dico vobis, quicumque
confessus fuerit me coram hominibus
et filius hominis confitebitur eum coram
angelis dei. Qui autem me negaverit
coram hominibus denegabitur
et ipse coram angelis dei. Tertio
vere dicit et loquitur nobis in libro
exemplari vite et in toto
decursu vite sue veritatis in
perfectis ad summam perfectionem invitatos
sequendo est nobis per te liber. Vera
tota vita Christi in terris per hominem
quem assumpsit disciplina morum
fuit. Dicit Augustinus libro de vera reli-
gione: Vita enim Christi fuit liber
perfectissimus de quo possumus instrui
et addiscere omnem vite perfectionem.
Nec oportet alios libros
revolvere. Dicit enim Augustinus super Jo-
hannem xvij: Sustinuit autem
omnia bona temporalia contempsit ut
ea ut contempnenda monstraret
et omnia mala terrena sustinuit
que sustinenda precipiebat ne
in illis quereretur felicitas nec
in istis timeretur infelicitas. Ecce
alta voce dixit vere et loquitur
nobis in hoc libro de quo possumus
apponere et accipere. Exodi xxv
locutus est dominus ad Moysen dicens
inspice et fac secundum exemplar quod
tibi in monte demonstratum est.
Istud quod dixit dominus Moysi
ad literam dicit eciam nobis secundum
spiritualem intellectum. Inspice scilicet
oculis mentalibus inspice per
contemplationem et fac per imitationem
secundum exemplar scilicet quod non recipit
corruptionem quod tibi monstratum est
in monte id est in mente ipso magistro ve-
ritatis legente omnem vite perfectionem.
Hoc ergo Christus dicit nobis vere
in isto quarto libro quod scilicet omnia

libri vite et testamentum sunt
altissimi Eccli xxiiii^o Et hec
omnia mater dei nobis omnibus
consulit qui habemus ministrare
in nuptijs spiritualibus xpi et
ecclesie imple que monemur a
xpo filio suo in quibus consistit
perfectio vite Decimum et ultimum
monet nos apostolus ad philip-
penses iiii^o d De cetero fratres quecumque sunt
vera quecumque iusta quecumque pu-
dica quecumque sancta quecumque amabilia
quecumque bone fame hec cogitate
hec agite et deus pacis erit vobis-
cum Dicit primo quecumque sunt vera
hec cogitate et agite quecumque
enim credit et confitetur ecclesia catho-
lica vera fidei ni nostre non potest sub-
esse falsum illam enim docuit prima
veritas et ideo omnia credenda
sunt et confitenda propter quod xpus
qui est prima veritas dicit Johannis
viii^o Si veritatem dico vobis quare
non creditis in quo dicit debetis
credere omnia quecumque asserimus cre-
denda Secundo dicit quecumque sunt
iusta hec cogitate et agite
et iterum multa sunt que iusta sunt
iustum nam est deo reddere obedien-
tiam anime sue sublimoriam corpori
suo primam proximo suo benivo-
lentiam et ista omnia diligit
deus psalmo x^o d prima iustus dominus
et iusticias dilexit in istis
enim consistit iusticia regni celorum
psalmo x^o d salvator mt vi^o
primum querite regnum dei et iusticiam
eius Tercio dicit quecumque sunt
pudica hec cogitate et agite
multa sunt que requirit honesta
conversacio et ista sunt pudica scilicet
honestas in factis in verbis in
gestibus in signis Revera hec
omnia pudica que reddunt hone-
stam conversacionem non possunt esse
nisi in eo in quo est sapiencia que venit

de sursum de qua dicit Jacobus iii^o Sap-
iencia que de sursum est primum quidem
pudica est i. honesta efficit pudicum
et quantum ad actum castitatis et quantum
ad verbum et quantum ad incessum sive mi-
et quantum et ad signum et exteriore
gestum Quarto dicit quecumque sunt sancta
i. munda et sine carne et sine
terra hoc est sine amore carnali et
mundano Ab interiori enim sanctitate pro-
dit exterior honestas Unde si cor
hominis non sit sanctum honestas
exterior non erit vera sed ficta ut est
diabolus sed cito deficit Audiamus
igitur quod dicit nobis deus levit xix^o
sancti estote quia ego sanctus sum et sic
custodiamus nosmetipsos et animas
nostras sollicite ut possit de nobis
dici illud i Reg xxi^o vasa puerorum
i. corda sunt sancta Quinto dicit
quecumque sunt amabilia hec cogitate
et agite multa sunt amabilia i. ex
karitatis amore que deo dicit habere
ad proximum xviii^m scilicet erogacio
elemosine corporalis sive in pas-
cendo sive in potando sive in vesti-
endo sive in hospitando sive
in visitando sive in liberando
sive et in sepeliendo et et ex-
hibicio elemosine spiritualis et hec
sive in instruendo sive in castiga-
ndo sive increpando sive in conso-
lando sive in consulendo sive in
orando sive in ignoscendo et onera
eius onera spiritualia supportando
Revera ista faciunt hominem multum
deo amabilem et hominibus et non
enim potest dici amabile quod sic
Salomon in Reg xii^o De anima
et illius hominis potest dici illud
quod dictum fuit de hester
ad literam quia scilicet graciosa omnium oculis
et amabilis videbatur Sexto dicit
quecumque sunt bone fame hec cogitate
et agite bona enim fama inter nos
est valde necessaria Aug autem

fama nostra secundum Aug. ad iulia
num Unde scribit. qui uita sua
custodit a criminibus sibi bene
facit. qui autem custodit famam suam
in alios misericors est. iij Re. x. bona
fama quam audiuit regina Saba
de Salomone. venit ad audiendam
eius sapientiam ij Paralipo. ix. Item
propter bonam famam sanctorum virorum
multi venerunt a longinquis regi
onibus i. a statu peccati ad sapientiam
dei. Item in nobis qui volumus ex istis
ydriis de consilio sunt ista predic
ta ut ea impleamus Et quia ve
rum est vino misticato quo nobis
defecit mori volunt. volens quod
exaudire sanctos sine meritis bene
convenire dicit ministris et fratribus
istarum nuptiarum. implete ydrias
aqua. i. sancte virtutes predictas que
sunt in vobis. Implete i. facite
quod in vobis est ut impleantur
aqua i. gratia que datur hominibus
in presenti vita que informans sen
cias anime in omnibus eius potenciis
redundat easque virtutibus i. suis
effectibus implet. Ista enim per
figuratur i. aqua de qua dicit saluator
Iohannis iiij. aqua quam ego de
dero qui biberit ex ea fiet in eo
fons aque salientis i. salire fa
ciet in vitam eternam. Et quod ego
sic vobis consulens dico. consimiliter
dixit vobis filius meus facite. Et
quod filius eius dicit nobis. implete
ydrias aqua Et certa si ipsas
impleuerimus usque ad summum i. si
fecerimus quod potuerimus licet dixit
nos ingratus ho legitur nobis
de sanctibus ad salutem. non dubi
um quod tunc impleuimus consiluo
meritis christi et beatam virginem abundat
id optimum vinum quod ipsa tum
obtinet nobis Et quod quid dicimus
facere. et nil aliud nisi imple
ydrias aqua. i. faciendo quod

in vobis est, ut impleantur. Imple
amus ergo primo primam ydriam i.
virtute intrinsica. aqua scilicet pie
cogitacionis et sancta preciatur. quod secundum
Rom. est nosse scripturas sacras
et omnia que ad fidem catholicam
pertinent. quod illi qui se cognoscunt
firmiter tenent immortalitatem. Si
nunc haec ydria impleatur ista aqua
pie cogitacionis i. fide saluberrima
tamen convertetur in vinum clarissime
visionis divine que est vinum claris
simum claritatis et totaliter purificans
oculos mentales omnium beatorum
Secundo impleamus secundam ydriam scilicet
virtutis affectiuam aqua sancte di
lectionis qua deus et proximus sin
cere diligitur. quod si fecerimus
tamen ista aqua convertetur in vinum
dulcissime fruicionis. Hoc enim est
vinum dulcissimum quo beatissimi sunt
auctoritati sancti et beati. et quod a
fidelibus omnem amaritudinem expel
lit. Tercio impleamus tertiam ydriam
scilicet virtutis mediatiuam aqua re
cordacionis beneficiorum. quod si fe
cerimus tamen ista aqua convertetur
in vinum optimum in tercioribus proximum
num gaudiorum. Hoc enim est vinum for
tissimum quod mentem afficiet. qui
scilicet nostra memoria sunt in hac vita
bene tenax beneficiorum dei. ete et
in patria tenebit in amissibiliter
dei summa. Quarto impleamus
quartam ydriam scilicet virtutis sensitiuam
aqua mortificacionis vitiorum. i.
aqua lacrimose penitencie que cuncta
vicia extinguunt. quod si fece
rimus tamen ista aqua convertetur
in vinum delectacionis sensitiuarum po
tiorum. Qui enim carnales concupi
scencias in hac vita mortifica
uerimus et christianitati consimiliter non
paruerimus non est dubium quod
nos secundum animam nostram delectabunt
beatifice visiones et corpora eciam

ffij corporis delectabuntur delet tacione bene conueniet. secundo beati tudo anime in corpora redunda bit. hoc enim erit vinum sapidissi mum quo potabimur omnibus bonis de torrente diuine voluptatis. Quinto impleatis caritatem ydriam i(d est) virtutem misericordie aqua diuine laudis et confessionis. quod si fecerimus tunc ista aqua conuertetur in vinum iocundissime iubilacionis. puto enim quod in patria non sit maior erit laus mentalis sed et vocalis. iubila bunt enim ibi homines cum estimo et maiori leticia et exteriori exultacione. Itaque certe si nostra misericordia i(d est) lingua vacat in presenti diuine laudi et gratiarum actioni et peccatorum confessioni et nunc confiteamur tunc visitabitur i(d est) … implebitur. implebitur gaudium os nostrum et lingua nostra exultacione. hoc enim erit vinum letificans corda hominum sanctorum quando anime et corporis quod utrique letificabuntur. Sexto impleatis vltimam ydriam i(d est) virtutem motiuam seu operatiuam aqua vigoris et operandi bona. et virtus est confirmacionis usque ad perfeccionem finitum. quod si fecerimus tunc ista aqua conuertetur in vinum … ductionis. Videmus quod virtute aque naturalis arbores germinant et pullulant et producunt fructus. Sic et aqua spiritualis i(d est) gratia dat virtutem et vigorem mentis motiue bona operandi et producendi fructus bonorum operum Tunc si non desistamus sed sic in ydria sexta dat et virtutem consumandi usque in patria reciperemus gloriosi fructus qui nunquam marcescet sed sic durabunt. hoc enim erit vinum quod ibi omnem mentem assendabit. Quid ergo facere debemus quod mater nostra dicit nobis

omnino quodcumque dixerit vobis filius meus facite. certe nihil aliud nisi implere istas sex ydrias aqua ut debitum est et sufficit nobis. Dicit enim Ihesus implete ydrias aqua Et ista sunt dicta debemus facere reuerenter et absque temeritate presumptionis. dicit enim Saluator luce xvij^o Cum feceritis que precepta sunt vobis. dicite servi inutiles sumus quod facere debuimus hoc fecimus. facere et fecimus et absque tepiditate deuocionis. quia dicit Ieremie xlviij^o maledictus omnis qui facit opera dei negligenter seu fraudulenter. et econtrario benedictus qui facit diligenter seu fideliter. facere et libenter et absque difficultate dilacionis quia ut dicit Ad Colossenses iij^o Quodcumque facitis operamini ex animo sicut domino sed non placet sentencia coacta. facere et recte et absque obliquitate intencionis. ad Colossenses iij^o omne quodcumque facitis siue in verbo siue in opere in nomine domini ihesu christi facite Et alibi in gloriam dei facite. i(d est) in faciendo opera vestra bona non intendatis aliquod principale nisi dei laudem et gloriam et salutem. sed proh dolor multi sunt qui sunt symoniaci audiunt et non eos faciunt. sed sic dicit Eze. xxxiij^o Vertunt eos in canticum oris i(d est) habent eos pro simplicibus. Audiunt enim istud verbum christi implete ydrias aqua et ipsi non faciunt quod in se est. non sunt qui impleant usque ad summum. verum et quod modicum mittunt. Alii sunt qui non sunt prorsus omittendo. i(d est) non faciunt quod eis mandat sed et omittendo de quibus dicit apostolus Ro. j^o Qui faciunt ea que non conueniunt et ibi tangit multa genera peccatorum Alii sunt

qui et si faciunt bona opera quae gentes
non tamen faciunt bene quia non faciunt
reverenter, vel ferventer, vel libenter,
vel recte. et ideo tales omnes non
faciunt fructum bonum et ideo excidentur
et in ignem mittentur. ut dicit Iohannes
baptista luce iii. Absit hoc a
nobis, sed sit in mentibus nostris [illegible]
[illegible] impleamus ydrias aqua, id est
faciamus quod in nobis est ut impleatur
aqua gratiae, id est effectibus eius quam
ab ipsa redundat in potentias
animae, ut tandem in tempore eius per
celestem libeamus id est vinum opti-
mum gloriae quod est dignum delecta-
re nos, id est vere ad potandum. Et nos
quasi vinum [illegible] sine mixtione con-
cedat nobis ipse qui est architri-
clinus Ihesus Christus dominus noster. A-
men etc.

Nuptie facte sunt in Chana Galilee lectio

Et causa quare scilicet dictum est dominica
precedenti quod dominus noster Ihesus Christus
duodennis extitit cum matre sua bene-
dicta virgine maria et Ioseph pre-
putativo transiverunt in Ierusalem in solemp-
nitate pascali ad orandum sicut patet
inter homines humanitatis quod per
annos fuerunt in infantia hominibus
divinitatis. Et ut dicit Beda in omelia
sua ipse legem quam dedit ut
nobis qui summus homines primum [illegible]
servanda ostenderet quod ipse deus inhabit
[illegible] et humane conversationis
eius si delectamur gloriam divinitatis
eius in [illegible] optamus [illegible] in eius
eterna domo in celis omnibus diebus
vite nostre non aliter necesse est illuc
pervenire. Dicit enim beatus Augustinus in sermone
suo de sancto Laurencio: non putet
quisquam ut perveniat ad passionem nisi ille
qui sequitur eius vestigia. Et beatus
Petrus in canonica dicit: Christus passus
est pro nobis, vobis relinquens exem-
plum ut sequamini vestigia eius. Sed
numquid soli martires sequuntur vesti-
gia eius. Certe non. Dicit enim beatus Augustinus
[illegible] Non est ponendus ille inmessis [illegible]
illi fuerunt vel fontes ornati
prorsum tales domini habuerunt. Bene
non sequuntur Christum nisi qui pro Christo
sanguinem fundunt. quae esset spes
fidelium bonorum qui sub fede con-
iugali iugum matrimonii caste et
concorditer ducunt vel sub continentia
vidualitatis domant carnis illecebras
vel etiam sublimius fide apicem excelsior
celsitudinis in nova virginitate fulgentes
sequuntur agnum quocumque ierit. Tunc
istis quae omnibus nobis spes si non
sequuntur Christum nisi qui pro Christo
sanguinem fundunt. perdit ergo filios
suos quos tanto fecundius quanto
securius tempore pacis [illegible] esse
mater ecclesia. Absit hoc fratres.
Immo orto illo domini habet non
solum rosas martirum sed et lilia
virginum violas viduarum et ederas
coniugatorum. Nullum prorsus genus hominum
de sua vocatione desperet. pro omnibus
enim passus est Christus. Haec Augustinus. Un-
quilibet in suo statu per eius imitari
in humilitate obedientia, castitate
patientia, paupertate etc de aliis
Beati nostri tanto immaculato in tempore
debita castitate celebrat [illegible] culpa
in esse ne esse [illegible] dominus Ihesus ad
has venire necesse signorum
suorum initium ostendere voluisset.
Ut dicit Beda: Unde autem hoc
est castitas coniugalis melior
continentia vidualis optima perfectio
virginalis ad comprobandum electionem omnium
graduum discernendumque merito singulorum
ex intemerato matris virginis utero
nasci dignatus est. A propheta autem
vidue ore mox nata benedicitur.
A nuptiarum celebratoribus iam in
venisse invitatus ad nuptias et
has sue presentia virtutis

honorat et confirmat gloriam suam
manifestando presentia hominum. Circa
Ingo tria narrantur. Primo narrat
nuptias initiatas, quia
ibi nuptie facte sunt. Secundo narrat
cum oportuna operatio ibi erat
quia ibi lapidee ydrie. Tertio
narrat gloriosam commendationem
ibi hoc fecit initium signorum etc.
Quantum ad primum dicit Nuptie
facte sunt completo anno quo Christus
baptizatus est eadem die. Nuptie
facte sunt i. imperiale convivium
in Chana qui est vicus provincie
Galilee per miliare ... seu ...
migratio ... quod ... et celebra
to imperiale sermo est in hoc
modo quod est tota ... vnd
... In festo ad ...
vocem ... vocem ...
sed ... sic ... XX ... XXI
... que tempore sunt facte
de nuptie. Videlicet sponsalia et
contracta matrimonia sunt sicut
omni tempore sed traductio uxoris
et solemnitas nuptiarum prohibetur
ab adventu usque ad octavam
Epiphanie. A LXX usque ad
octavam pasce. A rogationibus usque
ad octavam penthecostes, ut dicitur
... XXX ... c. 1
... hoc tempore ... convenientis
... matrimonium ... et ...
... et ordinatione ecclesie
ut homines ... matrimo
... ... hoc in eo
de nuptiis hominum ... institu
tum est legendum. Sponsa ... haec
imperatur sicut ... in prologo
super Iohannem. Videtur ... festus
Iohannes evangelista ... nubere
volentem ... de nuptiis ...
et ex hoc Iohannes Christo ...
... virginales ... familia
... sunt. Et hoc ... argumentum
... ... in aliis

nuptiis fuisse ... mater eius
... est eum ... quod ad nuptias
venisset, nisi sponsa ei ...
attinuisset ... eius ... sunt
voluit autem ... nuptiis interesse
ut ... sua presentia honoraret
et confirmaret, et ut in hoc ostenderet
quod matrimonium ... et legitime
celebratum est magis in deo factum.
Nam magis est ... sed ratione
institucionis, ratione ... et ratione
honoris. Magnum imperium ...
institucionis quia institutor eius est
ipse creator. Nam deus omnipotens creator
celi et terre ... bonum ... multi
plicationem et ... impleatur numerus
electorum instituit matrimonium
in optimo tempore, quia tempore innocen
tie ante peccatum, et in loco congruen
tissimo gaudii, quia in paradiso. Gen.
i. Nam et si homo non peccasset
fuisset ... nuptie sine
... libidinis, sine ...
... et anxietate. Un
... super Gen. li. x. ...
... petunt ut esset in paradiso
honorabiles nuptie thorus im
maculatus. Hoc deo prestante ...
fidelis ... coniunctibus ...
... sine ullo
... libidinis ardore, sine
ullo labore atque dolore pariendi
fetus ... generarent. Non
ut morientibus parentibus filii succe
derent, sed ut illis qui genuissent
in aliquo forte statu manentibus
et ... ligno vite quod ibi planta
tum fuerat corporalem vigorem
sumentibus, et illi qui gignerentur
ad eundem perducerentur statum,
donec certo numero impleto fieret
... ut sine ulla morte
animalia corpora in spiritualia conuer
terentur. Hec ille. Instituit eciam
dominus coniugium ... et
... et ... ...

Implete dicit aut ad mulierem / In
dolore paries et sub viri potestate
eris et ipse dominabitur tui. Genesis iii°
/ Explete vero post diluvium cum
dixit Crescite et multiplicamini
super terram. Genesis viii°. Magnum et
est eorum sacramentum / Nam fit matrimonium
inter humanam et divinam naturam
in utero virginis celebratum / De
hoc sponsor dicitur Matthei xxii°
Simile est regnum celorum homini regi
qui fecit nuptias filio suo / Fit
et matrimonium spirituale inter deum
et animam per caritatem consistens /
Unde dicitur Osee ii°. Sponsabo
te mihi in fide. Sponsabo te in
in iudicio et iustitia. in misericordia
et miserationibus. et sponsabo te
mihi in sempiternum. Ter dicit spon-
sabo. quia ter anima peccatrix de-
sponsatur Christo / Primo in conversione
et ista desponsatio fit in fide
cum peccator cogitat se deum offen-
disse et per hoc incurrisse eterna
supplicia et amisisse eterna
bona / Secundo fit per veram per-
contritionem et ideo dolet et flet pro
peccatis et petit eorum remissionem
et tunc in domo conscientie anulo
subarratur. Secundo desponsatur in confes-
sione et hoc tunc quando ad altare
ducitur a sacerdote per absolutionem
benedictionem accipit. et ista despon-
satio fit in iudicio et iustitia
per suam discussionem et castigationem
et in misericordia et miserationibus per
proximi subventionem. Tertio despon-
satur in satisfactione quia per spem
glorie introducitur in thalamum
sponsi et in amplexibus eius
familiariter delectatur que desponsata
est in sempiternum ut deinceps
nolit recedere a suo sponso
Nonus honor est sponsa [illegible]

Iam noli peccare ne deterius
tibi contingat. Magnum est in sacramen-
torum honoratione / Nam matrimonium
quod per se solum instituit iste
in innocentie in paradiso. post in
necessitatem amissam in hoc
Christus honoravit de coniuga-
ta nascendo. secundo eius
presentiam exhibendo sua presentia nuptias
dum visitando et aquam in
vinum commutando / Honoravit
et ideo mater eius que et matrimonium
contraxit et nuptiis interfuit
et filium ad faciendum miraculum
invitavit. Decimo patet quod committit
peccatum qui coniugium legitimum
dissolvit divortia procurat aut
thorum alterius maculat. Matthei
xix°. ubi interrogatus an liceret
uxorem dimittere. Respondit
quos deus coniunxit homo non
separet. Item in coniunctione uxorem
alterius mortale est peccatum. hec
consuetudine carnalis est communis /
Quando autem vir [illegible] cum uxore debet
coniungi et [illegible] ut eorum matri-
monium sit deo acceptum hoc
docet Evangelium Iohannis ii. quod
Evangelista dicit nuptias factas
in Chana Galilee. interpretatur
quod intentione bona uxor ducatur
ut scilicet inde proles suscipiatur
Galilea enim interpretatur transmigratio /
In Galilea quod nuptias facit
qui intentionem consulendi [illegible]
[illegible] prolis inter ducit uxo-
rem attendens mundum istum esse
transmigrationis. ut ipse in hoc
de per manent qui in se permane-
re non potest. qui liberos post eius mortem
locum eius teneat et ei subveni-
at / Talem matrimonium contraxit
Thobias iunior qui dixit
viii° capitulo domine tu scis quia non
luxurie causa accipio uxorem mea

Sed sola posteritatis dilectione
inguina vindicant non tantum in filia
filiorum Ad idem est paganus ille
Aristoteles secundo de anima sic dicens natu
ralissimum operum in viventibus est generare
sibi simile Item impetrare sancte fuit
in chana quod inspiratur zelus qui
inter virum et uxorem debet esse castus
tamen et sincerus prerordialis et
singularis ut ex corde se diligant
et nullum alium tamen et sic fit
annula que in digito quarto
unus alteri et ponitur ipsum ad
quartum digitum ad quem vadit
una vena a corde xxx q
v femine Certe in primordio
est ut vir se male habeat ad
te que patrem et matrem et
ceteros consanguineos propter eo relinquit
et ago Gen ii Propter hoc relin
quet homo patrem et matrem et
adherebit uxori In signum
eius deus formavit mulierem de
costa lateris viri ut eam for
tius sic se diligeret hinc
apostolus ait ad ephe v viri
debent diligere uxores suas sicut
sua corpora Et ibidem Qui suam
uxorem diligit se ipsum diligit
Et in eodem unusquisque uxorem
suam sicut se ipsum diligat
Ibidem Viri diligite uxores
vestras sicut christus dilexit ecclesiam
et tradidit semetipsum pro ea i
zelate pro salute uxoris sicut
christus pro salute ecclesie mortuus
est ex zelo ii dilectionis debet
iterum inter virum et mulierem esse
sincera dilectio licet mulier i
liceat et honeste debeat viro
subici tamquam capiti Unde
decimo q sic Epistola ad Ephesios
Cuius caput mulier est vir
caput autem viri christus quamquam

uxor non subiciatur viro tamquam capi
ti suo cum ipse caput eius est tamen
et vir si non subiciatur capiti suo
scilicet christo xxx q v cum caput
quod ipse sic viri non debent esse
molesti uxoribus Ad Colossenses
iii Ita uxores debent humiliari
et subici viris et quando subicitur
vir qui est caput suo se non
tatur Item uxor que in licitis non
subicitur viro debet impetrare sibi
in dilectione Ergo debet vir uxore
ducere ut habeat quibus eam a peccato
custodiat Ut prima Corinthios vii
Propter fornicationem vitandam unus
quisque uxorem habeat Item ut
habeat cum qua bonis cedat Ecclesiastici
xxxvi Cum recedit qui non
habet mulierem velud animus absque
modo est qui non habet uxorem Ibidem
Item caput uxoris bona inchoat
possessionem Ibidem Ubi non est
sepes diripitur possessio et ubi
non est mulier ingemiscit eger
sed maritus Item ut habeat que
ei obsequium exhibeat quod necesse
sibi sufficiens Nam dicit Sapiens
Ve homini soli quia si ceciderit
non habet sublevantem Et Aristoteles
dicit Homo solitarius aut est deus
aut bestia Et ideo dixit deus
Gen ii Non est bonum esse hominem
solum faciamus ei adiutorium
simile sibi Dicit notanter simile sibi
quod vir debet ducere similem sibi iuve
nis iuvenem nobilis nobilem
dives divitem pauper pauperem
dicitur enim Hendrehia quia honora
diva ut dicta quod si non erit
hic erit servanda quod oportet mulier
sequitur Et erit mater Ubi ibi
vocata est et Ihesus et discipuli eius
ad nuptias etc In his verbis
insinuatur conflictiones quibus se debent

ctate in matrimonio contrahendo et
contracto cum a quibus contrahitur matri-
monium debet ibi adesse. Ibi Ihesus
cum matre et cum discipulis suis
matheus Iohannis ii. Salus est timor
dei. ysaias xxxiii°. A timore tuo
concepimus et peperimus spiritum sa-
lutis. ysaie xxvi. Unde coniugium debet esse
in timore dei. Nam si defuit ti-
mor dei demon potest accipere
potestatem nocendi coniugibus. Unde
vii viris coniugibus tradita fuit
Sara virgo decora in manibus
qui timore dei post posito tantum
sue volebant intendere voluptati
a demone sunt occisi. Thobie vi°
Tunc gratia angelus domini dixit
ad Thobiam. Audi me et ostendam tibi quibus
potest prevalere demonium. Hii
namque qui coniugium ita suscipi-
unt ut deum a sua mente ex-
cludant, ut sue libidini ita
vacent sicut equus et mulus in
quibus non est intellectus, in eos habet
potestatem. Tu autem cum acceperis
eam, ingressus cubiculum per tres
dies esto continens ab ea et nichil
aliud nisi in orationibus vacabis
cum ea. Tercia autem nocte acci-
pies virginem cum timore dei amo-
re filiorum magis quam libidinis
ut in semine Abrahe benedictionem
in filiis consequaris. Habetur ibi.
Ex quo patet quod si vir et uxor
in timore domini matrimonio ute-
rentur, sepe salubriter prolem pro-
ducerent et ampliorem consolationem
a suscepta prole invenirent. Unde
Elizabeth diu sterilis quoniam
cum Zacharia viro suo in dei ti-
more vixerat, meruit filium
parere qui sanctitate et predicatione
sua et baptismo plures ad ornatum
multos quam ad Christum convertit. Luce i.
Tercium sequendo est dictum. Nam timentibus
dominum bene erit in extremis et

in die defunctionis sue benedice-
tur. Ecclesiastici i. Adhuc orta Aug. quod habe(n)t
fideles homines hoc scriptum xxxi°.
Dum fera sevit time deum, si persequitur
insidiatur time deum, hostis te odit
time deum, diabolus te impugnat
time deum. Secundo enim scriptura sub
illo est quem imber time qui re-
ipse dixit et facta sunt, mandavit
et creata sunt. Time ergo eum qui
super omnes est et homines non for-
midabis. Ecclesiastes ultimo: deum
deum time et mandata eius serva,
hoc est omnis homo. Ecclesiastes xii. Sic
sunt nuptie in timore dei. Tunc
sunt coniugibus ad salutem et ad
remedium contra lapsum quod notatur
in hoc quod Ihesus est vocatus et
discipuli eius ad nuptias. Sunt
enim tria bona matrimonii ut dicit
Augustinus libro ix super Genesim capitulo ix.
Bonum quod habent nuptie tripar-
titum est: fides, proles et sacramentum.
In fide attenditur ne preter
vinculum coniugale cum altera
vel altero concumbatur. In prole ut
amanter suscipiatur, benigne
nutriatur, religiose educetur. In
sacramento ut coniugium non separetur
et dimissus aut dimissa
nec causa prolis alteri coniungatur.
Ac vero cum sit in dono sacramentum
et recta sunt usus eius, ut
scilicet si fiat intentione prolis potest
esse sine peccato. Nam ad hoc est
institutum matrimonium. Deus
enim masculum et feminam causa
generis propagandi imperiali
castitate coniunxit. xxxii q. ii.
Dicens: Si vero fiat causa reddendi
debitum non habet in se vitium.
Unde Augustinus in libro de bono
coniugali: reddere debitum coniugale

inrus est eius. Verum est enim si
in abstinens sine voluntate
uxoris tribuit ei fornicandi li-
centiam et peccatum illius sibi impu-
tabitur [illegible] xxxi. q. ii. Si tu
Et apostolus dicit vir uxori debitum
reddat et uxor viro. Et nolite
fraudari invicem nisi forte ex
consensu ut vacetis ad tempus ora-
tioni et iterum in id ipsum revertimini
ne temptet vos sathanas propter
incontinentiam vestram / hec autem dico
secundum veniam non secundum imperium. Et
ille. Si autem usus matrimonii sit
a libidinibus victoria ad evi-
tandum fornicationis malum cum
alio vel alia et si plures non
intendatur veniale est. Augustinus
libro de bono coniugali. Exige-
re generandi necessitatem culpe est
venialis / Qui enim principes mortis
ad hoc impellentibus sit carnis
peccandi sed imperie ministrant
ab adulterio seu fornicatione
defendunt. necesse id propter imp-
tias ad mittitur sed propter impcias
congressus xxxii q. ii. quicquid. Sed
si fiat actus matrimonii causa
plenius satiande libidinis ubi
vel fragilitati sine intendunt sue
esse. sed modo peccatorio se lecte
ut sue firmat voluntati. si tunc
exit de limitibus matrimonii
ita quod actum que cum propria
ac si cum peregrina coniuga patra-
ret talis actus est peccatum mortale /
tunc enim se habet ad uxorem sicut
ad adulteram / Unde Ieronimus ait est
fedius qui uxorem suam ardentius ama-
at quam adulteram. xxxii q. iiii.
Origo. Si vero talis actus non
exit de limitibus matrimonii
hoc est quod licet actum faciat cum
ea tamen eum illatum faceret
nisi esset uxor sua propter fidem

et sacramentum potest a mortali excusari
secundum Thomam et Petrum in scripto di. xxxi.
Si vero quis delectationem in uxore sic
immoderate extendendo affectum extra
fines matrimonii ita quod si non esset
uxor eam faceret est peccatum mortale / Et
ergo hoc est valde fugiendum et tota con-
cupiscentia infra claustra matrimonii de-
bet restringi et sepius debent coniu-
gati continere vel alios vel alias
debent compescere / debent et se ipsos
honeste uti et solvere non nisi
et temporibus debitis / non enim debent omni
tempore commisceri sed in solemnitatibus
orationi debent vacare et ieiunia obser-
vare / hoc innuitur in hoc quod
aqua in vinum est conversa / tunc enim
in matrimonio aqua que est fluxi-
bilis convertitur in vinum quod est restric-
tivum quando concupiscentia carnalis que
est valde flexibilis restringitur
et infra claustra matrimonii co-
hercetur ut solis in vice et nulli
alii velint permixtione commisceri /
Alias digni sunt morte eterna
qui aliter faciunt. Ad Ro. i. Si
vero in matrimonio tale vinum de-
fuerit recurrendum est ad matrem nostram
ut filium inducat ut aquam in
vinum convertat. Et licet non semper
statim videatur exaudire sic et tunc
matri domine videtur durius dixisse quid
michi et tibi mulier / non tamen debemus de deo
desperare sed fiducialiter eius misericordiam
expectare. Unde dicit Augustinus super psalmum
lxv. Ne deficias in oratione quia
quod concessurus est et si differt
non aufert. non leviter utitur
qui promisit. non facile de sua
movetur quod promisit firmum est
fallere non potest. licet vix faciat. Et
idcirco dicit Abacuc. Dum in-
stiterit sine clementie recordatur atque
misericordiam. mitissimus mox exaudit
clamantem ut eum magis exoret

ad rogandum. Hec ille. Sic tu adquiesce
fidelis orans non optinet quod
rogat. clementia dei in illo minime
venit. Dicit Augustinus in libro sermonum
de penitentia. fidelis supplicans deo
pro necessitatibus huius vite et
misericorditer auditur et misericorditer
non auditur. Eiusdem in infirmo sit
utile magis novit medicus quam
egrotus. Nec est sine misterio quod
ibi erant sex ydrie lapidee po-
site secundum purificationem iudeorum quas
iussit impleri. Nam sic ibi erant
sex ydrie ad purificationem iudeorum
ita dominus Jhesus Christus nobis reliquit
sex purgatoria culparum nostrarum
que sunt cordis contritio. vera confessio
devota verbi dei auditio. devota
oratio. ieiunium et elemosinarum lar-
gitio. Exuberavit namque dei mise-
ricordia ad purificationem animarum nostrarum et
dedit precepta hominibus ne peccaret
et dedit remedia peccati ne deperiret.
peccator. Circa exuberantiam dei
misericordiam pensandam. Bernardus super Canti-
ca sermone ix dicit. Gemina dulcedo sua-
vitatis exuberet in pectore domi-
ni Jhesu Christi. longanimitas in ex-
pectando et facilitas in donando.
Hec ille. Unde custodit hominem
ne peccet. si peccat custodit ne in
infernum vivens descendat. Olim
delectabilia convertit in amara.
risum in lacrimas. gaudium in me-
rorem. ut quantum delectabatur in
voluptatibus. tantum vel carnis tri-
mentis habeat tormentum et luctum.
Sic revertentem benigne suscepturus
fovet et nutrit. dans fiduciam
sumendi gratiam et conscendi vitam
eternam quam nobis prestare dignetur
pater et filius et spiritus sanctus. Amen.

Cum descendisset Jhesus de monte

secute sunt eum turbe multe. Mathei viii.
Evangelium loquitur de descensu Jhesu
de monte. de leproso. de centurione
qui post descensum invenerunt con-
solationem. non ascenderunt in montem
sed ipse ad eos descendit. Cum enim
dei filius mansisset in monte sue
celsitudinis nec descendisset ad ima
nostre fragilitatis. nullatenus ad eum
homines ascendere potuissent. quia tam
infirmi negligentes pigri. quos
et gladius flammeus ante paradisum
collocatus ascendere prohibebat.
Genesis iii. Cum autem dei filius de
monte celi ubi est posita sedes
eius descendit ad miserias
nostre fragilitatis. condicionis humilitatis.
vilitatis. desperationis paupertatis.
et penalitatis. tunc excitavit
et confortavit taliter homines ut
eum sequerentur. itaque tunc secute
sunt eum turbe multe. Ante descen-
sum Jhesus in Iudea erat notus. post
descensum notitia eius omnibus fi-
nibus terre attingit. Possunt autem
hic tres utilitates sui descensus.
Primo salutaris imitatio. secundo peccatorum
conversio. tercio quorundam mundatio.
De primo dicit Ewangelium. Cum
descendisset Jhesus de monte lucis in-
accessibilis. filius dei sic unus ex
nobis. tunc vita doctrina exemplis
et miraculis mundum illuminavit ita quod
multe turbe secute sunt eum. Quod
colligitur de temporibus quando similibus tre-
bus placuit evocare. Antequam
descenderet erat deus Abrahe deus
sabbatum erit. quia secundum in hac
vita mortali que sex annis
sex etatibus volumus semina-
re et in vinea laborare
peccata putare. virtutes plantare
in hac sola vita agere sunt
prosse possumus. post hanc erit
immortalis requies ubi nec
ager serere nec vinea puta-
bitur. Ps. celesti enim pane sa-
ciabimur sine labore sine su-
dore et vino eterne consolationis
inebriabimur et torrente volup-
tatis potabimur. Nunc ergo
deus seminat semen bonum scilicet
rectitudinem libere voluntatis
quod bonum semen dei quod in affe-
ctiones bonas diffunditur
scilicet in timore dolore spem
amorem. in timore pene
in dolore culpe, in spem
venie, in amore iusticie.
quem enim bonus timet penam

dolet de [illegible] affectum. quod spectat
veniam sperando. quod amat veri-
tatem et iusticiam secundum [illegible] reddit co-
rectitudine libere voluntatis. Ex his
quatuor affectionibus veniunt quatuor
virtutes cardinales a quibus
alie virtutes et virtutes ca-
piunt. a timore enim pene vel
temperantia. a dolore culpe
prudentia. a spe venie fortitudo
ab amore boni iusticia. quando at
adest temperantia vel prudentia
fortitudo ad bonum et amor iustic-
ie [illegible] virtutis respuet [illegible] quod ma-
lum admittet quod dicit Ps.
Ecce quod a bono semine quod
deus in agro anime humane se-
minavit erumpunt alia omnia [illegible]
crescunt et maturescunt. laudes
ergo dei bonitatem quod seminavit
bonum semen in agro meo.
Sed quid accusanda est humana
negligentia cum enim dormirent
homines venit inimicus et super-
seminavit zizania in medio triti-
ci. Inimicus notat [illegible] zi-
zania iniquos et sceleratos.
[illegible] quod dormientes nec
cogitat nec deliberat nec facit
nec sentit nec intelligit nec dis-
cernit. itaque quod homines nec
bonum cogitat nec ore deum
laudat nec opere domino placent
quando non discernunt inter bonum
et malum cum deo non obediunt
nec eum diligunt nec affectionem
ad deum habent neque devocionem
dicuntur dormire. et sic eis dor-
mientibus et bonum negligentibus
venit inimicus dyabolus et super-
seminat zizania scilicet [illegible]
peccati in iusticiam [illegible]
voluntatem bonum sed ad omne

malo. Tunc superseminat presumpcione timore pene. dolore
pene. estimacione et vana
exultacione. spem venie desperacione. amore iusticie. odio.
invidia persecucione iniusta
fraude dolo errore. violencia
non enim dyabolus vult ut homines deum timerent. sed presumerent
in malo sperent. non ut doleant
sed de malis gaudeant et
exultent. non ut spem habeant
sed desperent. nec ut iusti sint
sed iniusti et invidi. Ex quibus
quatuor prius affectionibus exurgunt
quatuor vicia. ex presumpcione
superbia. ex vana exultacione
in concupiscencia. ex desperacione
finalis impenitencia. ex odio invidia
de quibus omnia peccata procedunt
tione sed quod dicit dominus et Exo xi in
Luc. ii. peccator est superbia ingratitudinis desperatus in videns pietatis
cum peccato talis erit. Ecce quanta
mala facit homini dormicio scilicet
negligencia in bono. Ergo non
dormiamus sed vigilemus notantes
negligenciam culpe. Dormivit
Samson in sinu Dalide et
perdidit fortitudinem. Dormivit
Job in pulvere. dormivit petrus
in carcere. dormivit Samuel
in templo domini. Samson notat reges potentes et homines
alti status. Job sapientes. petrus
prelatos. Samuel vero sacerdotes
pro dolor nostris temporibus et
reges et potentes dederunt se
ad carnalia et voluptates
corporis. sapientes ad cupiditates
prelati in carcere ambicionis sunt
vincti a dextris amore prosperitatis
a sinistris timore sinistro

viri Ecclesiastici ad levitates
vanitates et inanes. Inde
dyabolus tantas vires assumpsit
quod seminat in tantis urbibus et
civitatibus errores. insidias
oppressiones dei contemptus et
divine legis conculcacionem. tot
mala tot peccata sunt orta
ut vix appareat aliquid christianitatis de tanto inter homines.
Ideo vos potentes non dormiatis. sapientes vigilate
prelati abicite has cathenas et surgite velociter
cum petro. Cui ait dominus. Symon dormis non potuisti
una hora vigilare mecum.
Sacerdotes ad dominum pro populo
intercedite quia ad hoc vos
elegit deus ne dyabolus tantas
vires habeat. Sin autem dormientibus superseminabit sathanas
zizania sic quod cum venit
et cum anime dampne potest
dici illud Iohel primo plangite
qui vero attencia sacerdotes sunt
viri quia vastatus est thesaurus
confusum est vinum elanguit
oleum confusi sunt agricole
ululate vinitores super
frumento. vino et ordeo.
Agri amare virtutis et vinee
sunt confuse temporibus istis.
multitudine spinarum id est peccatorum.
multitudine urticarum id est pravorum
desideriorum. Ita quod iusti in
cordibus suis et quasi ore
ad deum clamant dicentes domine
nonne bonum semen seminasti
in agro. Unde ergo zizania. Et
dominus videt. inimicus homo id est dyabolus
hoc fecit cum dormirent

homines et cum deus non puniat
crudeles primo eterna non differt
cito contra malos sententia
absque vllo timore filii hominum
perpetrant mala / et magna
vel confusio agricolarum quia
tam velle agrum amare dese
ruerunt · iam non mortificat
homines carnem · iam non urget
per cordis compunctionem · ut se
elevat per contemplationem · ut
fructus virtutum faciunt · cessat
disciplina · cessat sancta conversatio
languet vita · extinguitur · clericus
simoniam repellunt · omnes autem
inordinato amore ad temporalia
se inclinant et hoc omnia que
audiunt cordibus percedunt / Sic
quia veritatem diligunt verbum
seminat · tandem tamen
divine ulcionis mittet in die
messis i. ultime retributionis
Tunc enim messores angeli
colligent zizania de tritico
i. omnes reprobos a sanctis et
alligabunt in fasciculos in
ignem eternum · erunt quia socii
in ignibus qui fuerunt socii
in viciis · constringentur ibi
similibus ignibus qui hic fue
runt confederati vel mali
et qui erunt sibi dati in malo
hic · ubi erunt eis iuncti et
nati in inferno / Unde hic alli
gacio notat simul tantum
corporis et animarum unus
dampnat et alione sedes
quod unus dampnatus habeat de
alio cum refugium a conso
lacionem / Sic in terra unus
prius hec consolatur de alio
sibi in malis facientes a conse
ntiente Ubi est unus dampnatus

de alio habebit eterna amaritudinem
Non dicat quis si dampnabor
reperiam multos socios / Verum
est sed vno quod non misi eterna
miseria et eterna amaritudo
dicit August' in de pena / Non
gaudeat stultus quod plures inve
niet sibi socios · nam non levius
minus ardebunt quia cum multis
ardebunt · ii · q · i · aliter / Vide
dominus pessimam conversationem ad agri
mentum suum reuertat · quoniam ubi
zizaniorum inueniunt purgetur
tritico virtutis inuitiat ut in
tempore messis ex eis in iudicio non
alligentur in fasciculos sed deducantur
in horrea celestia · ubi sancta
sunt omnes a zizaniis electi
in regno celorum / Ad quod
nos perducat

Seminavit semen bonum in agro suo

loco et capitulo vt supra. Mirabilis
deus mirabiliter regit mundum ita
quod quamvis sint in eo diversa mo
gracia tamen sic invicem non confunguntur
sed iuncta divino regimini / Unde Eccl.
xxxiii° / Intuere in omnia opera altis
simi duo et duo sed contra se
et contra esse est mortem culpe
et gehenne · vnum contra vnum sic
respecta contra adversa et dicitur per
instituit ut contra contraria ad deum
ago sunt per peccatum elongata / Vnum
contra vnum · sed gloria celi contra
penam inferni et virtutes contra vicia
et mortis est vita · et est instu
peccatum / Intuere opera altissimi
et invenies quidem omnia · sed
a deo mirabiliter ordinata / ita
quod omnis ordinato sive bonorum
sive malorum tendit ad pulchritudinem
universi / Ita et cum Ewangelium hoc
loquatur de semine bono et zizaniis

de filiis regni et filiis nequam
de permixtione bonorum et malorum
interrogatus dominus an zizania
essent a sanctis colligenda et indicat
quod non. sed permixtionem bonorum
et malorum iustorum et peccatorum esse
permittendam durante usque ad messem
i. ad consummationem mundi. Dicens sinite utra-
que crescere usque ad messem. Nota i. primo
seminatorem bonum. secundo inimici
pusillitatem. 3o mixtionem bonorum
et malorum in mundo diabolicam
usque ad finem mundi. De primo
bonus seminator altissimus summus
noster omnipotens filius noster assi-
stit vocatus seminator. Bonus
enim bonus seminator gratiam spargit
in terram ut germinet. Sic et
de Greg. xxi. Mor. c. vii.
Omnipotens latere cunctis semper va-
luit qui celestem patriam gratia red-
derat et non reddit occulte per se
penam per suos sacerdotes ut
homines verbum dei suscipientes
et per id crescentes ad fructum boni-
tatis et ad eternam gloriam perveniant.
Unde homines ex semine celesti scilicet
verbo dei efficiuntur filii regni in
eo quod semen recipiunt quod est verbum
dei. et efficiuntur filii regni per
gratiam et finaliter per salutem. Et nota
quod triplex est ager in quo deus seminat
scilicet paradisus. Ecclesia. et anima humana.
In primo agro paradiso seminat
natura humana bonum semen. videlicet
et iustum et valde potentem quod ad
dominandum omni creature inferiori
si et ipsa obedisset suo superiori
finaliter quod sine labore et dolore
ad regnum celeste pervenerat. In secundo
agro quod est Ecclesia militans seminat
et seminat semen bonum verbum dei
fidem videlicet katholicam et doctrinam
sanctam per quam christiani instruuntur
quid credere. quid agere. quid intelli-
gere. quo abire ad celi gloriam

obtinendam. In tertio agro qui est
anima seminat semen bonum quod
[illegible] et similes bonitates
in gratia et clementia. in sanctitate virtu-
te. ut per hec deo accepta ad
eternam beatitudinem finaliter perveniat.
Nota quod bonum semen seminat
quod bonus seminator est deus. de primo.
De secundo s. de inimici pusil-
litate scriptum est hic cum esset in
honore non intellexit non recor-
dabatur preceptum non se custodivit
nec vigilavit. sed dormivit non
curando. Nota quod venit inimicus
et superseminat zizania in
medio tritici et abiit. Non quod
ab iniqua seminatione a malitia
nocendi cessavit. sed occulte
insidiendo stat quod et inimi-
cus diabolus continue quasi
vel suggerendo et superseminat
ab hominibus quasi et abiit in-
visibiliter impugnando. Adversa-
rius primo ad primum parentes fuit
visibiliter quod in specie serpentis tenta-
vit. Nunc autem occulte et venit et
superseminat et abiit semper
seminans eas cupiditates destruendi
homines. Sic ab initio Christo
dixit Petrus. i. Petri. v. et
omnibus scripsit. Sobrii estote
et vigilate quia adversarius vester
diabolus tamquam leo rugiens circuit
querens quem devoret. cui resistite
fortes in fide. Notanter
dicit fortes in fide. non enim possumus
ei resistere potentia nostra
fortitudine. nos enim pulvis sumus
aut celestis fortissimus spiritus
cuius fortitudini nulla potestas valet
comparari. ac tamen per dei auxilium
valemus ei resistere. quia non plus
nocet nisi quantum permittitur
fideliter deus. Glossa de Gregorio
homil. Nota. c. xiiii. cum aliquis
ad nocendum nobis tentandum

anhelant et licet primam volu-
tatem a se ipsis habeant potestatem
tamen nocendi non habent nisi quantum dei
voluntas permittat. Hec est vnde
cum vellet temptare Job prius
licenciam a deo quesiuit ut eum
temptari permitteret non solum
in possessione sed et in carne.
Vnde ait deus ad eum ecce vniuersa
que habet in manu tua sunt tamen
in eum ne extendas manum
tuam. Iterato permittens eum tempta-
ri in carne ait dominus ad eum
ecce in manu tua est verumtamen animam
illius serua. Ecce hostes hominum
non temptant quantum et quando vo-
lunt sed quantum et quando permissi
sunt. et hoc deus ordinat ad
gloriam hominum ut ex hoc specialiter
gracias agamus deo qui nobis
qui pugnamus suis dat victoriam
de maximis hostibus et hec
victoria non ex nobis est sed deo
volente et adiuuante. Ideo cum
omni hora petimus et ne nos
inducas in temptacionem id est petimus
ut in temptacione nos adiuues
protegas et custodias ne nos
hostis temptando superet. Et no-
tabiliter dicit. cum dor-
mirent homines venit inimicus et
superseminauit zizania quia si vi-
gilarent homines quamuis inimicus
veniret suggerendo tamen non super-
seminaret zizania id est demoni homo
non consentiret. Vnde luce xii°
Si sciret paterfamilias qua hora
fur veniret vigilaret vtique et
non sineret perfodi domum suam.
Bona igitur vigilia periculosa autem
dormicio. Nam dormiens Noe
nudatus est atque omni verecundia
abiectus. Holofernes dormiens
capite truncatus est. Sampson
dormiens spoliatus est viribus. Iudicum
xvi°. Cum Adam gratia sue forti-

tudinis dormiret, spiritus dei se
impedit et non sinit. Venit inimicus
et superseminat zizania id est inobe-
dienciam vanam gloriam et gulam.
Cum rectores ecclesie hoc est prelati
dormiunt venit inimicus et super-
seminat in agro ecclesie zizania
id est hereticam prauitatem cum multis erroribus
gentilibus simoniacam cupiditatem
cum multis muneribus, scismaticam
diuisionem cum multis sedicionibus
et in omnibus fere statibus corrup-
cionem. Sed in ecclesiasticis dilapida-
cionem in laicis auaricie occupacionem
in vtrisque auariciam voluptatem
et dissolucionem. in regibus negli-
genciam in prelatis ... in merca-
toribus fraudes. in militibus vsurarum
implicitas ita quod in omnibus stati-
bus vix aliquid de bono semine
appareat nisi zizania prauitatis
et peruersitatis. In agro anime vbi se-
minata bona seminat virtutes
videlicet humilitatem et rectitudinem
dormientibus autem hominibus in torpore
inaduertancie superseminat hostis
vicia falsitatem iniusticia calumpnias
astucias. oppressiones miserorum
iniurias iniusticias spoliaciones
obliuionem sui et caritatis extinc-
cionem erga deum et proximum. Vnde
beatus Job in angustia cordis hec
mala considerans ait capitulo xix°
Spoliauit me gloria mea id est origi-
nali iusticia qua natura fuit premunita
homo. abstulit coronam de capite
meo id est iusticiam et innocenciam originalem
qua homo totus precellit. Destruxit
me vndique scilicet extra et intus in corpore
et anima et per eo morte qui pote-
ram non mori si primus homo non
peccasset. Iam itaque a planta pedis
vsque ad verticem non est in homine
sanitas. Quando in tanta copia malorum
nisi dormicio et inaduertencia primi
hominis et concepit filiorum eius etc.

De tercio scilicet de mixtione bo-
norum et malorum et eorum dimissione
Hec mixtio bonorum et malorum
tritici et loliorum · mixtorum et peccatorum
durabit usque ad messem · id est ad consu-
macionem seculi · Ideo inquit sinite
utraque crescere usque ad messem · et in-
de sinite et cetera · Certe magna deus
suo magisterio facit ista ordina-
cione quod et mali trahuntur ad uti-
litatem et exercitium bonorum · et boni
ad occasionem conversionis malorum
Glossa super Math · In messe iudicium
fiet plena et perfecta dimissio ma-
lorum a bonis · Alligabuntur sicut
in fasciculos ad comburendum igne
infernali · Math xiii° et xv°
Ignis gehenne semel accensus durat
in extinguibilis · ut ligna mittere
ut indiget succendi sed in eternum
ardebit sine diminucione · Ubi
non dormiamus sed vigilemus et cre-
amus non demus ne in igne liga-
ti mittamur sed potius a malis
liberati ad eternam gloriam perveniamus
Quam nobis prestare dignetur pater
et filius et spiritus sanctus ·

Exiit primo mane condu-
cere operarios in
vineam suam Math xx°

In hac dominica incipit Septua-
gesima et terminatur sabbato in al-
bis et representat captivitatem filio-
rum Israel in Babilone potius hu-
ius vite que incepit in prevaricacione
primi hominis et terminabitur post diem
iudicii qui electi duplici stola glorie
vestientur · Et licet lxx ta dies
quia sic filii Israel post lxx annos
qui fuerant in Babilone reddi-
tus in terram suam ita post istam
septuagesimam quam facimus in hac
valle miserie revocabuntur electi
ad terram viventium a qua prius
sunt per peccatum · Celum et isto
tempore suspenduntur organa letitie et
cantica letabunda per statum
miserie et infirmabilitatem que ista
lxx representat / Et legitur hodie
Evangelium de patrefamilias conducen-
te operarios ad laborandum in
vineam pro denario diurno · Ad cuius
evidenciam sciendum quod secundum Crisostomum omelia
xxvi° super Math / Paterfamilias est
deus pater vel deus trinitas · sua fa-
milia est ecclesia celestis atque
terrestris / Vinea autem istius patris-
familias est iusticia generalis conti-
nens sub se multas species iusticie
quas multas virtutes / secundum Gregorium
est militans ecclesia · Operarii huius
vinee sunt homines / Hora est
mundus / Denarius divina sen-
tencie conditionis est premio
vite eterne / Conductor autem istius
vinee est Christus qui mane
vocabit operarios et
reddet illis mercedem · Hore que
que in Evangelio nominantur scilicet mane
tercia · sexta · nona · undecima
et sero sunt sex etates per quas
decurrit genus humanum · Gregorius
ego dico quod sex dies per quos duravit
[illegible] ad esse hic · Gen i · de quibus
legitur est in matutinis / Sic per
sex etates conducit homines
ad bonum esse iusticie dicens eis · Ite
in vineam meam · et quod iustum
fuerit dabo vobis · scilicet operariis
fidelibus · et pro mercede eterna fide-
liter laborantibus / mercenarium enim fugit
dicit Crisostomus omelia xxvi super Math
Et ideo debemus cogitare quod sunt
opera mea mercenarius non impe-
rat esse sine opere / Unde sicut nemo
conducit mercenarium ut solum
manducet · sic et nos non ideo
vocati sumus a Christo ut hoc

sed[m] operem[ur] quod pertinet ad usu
m sed quod pertinet ad gloriam dei
Et sicut mercenarius qui postquam mandu
cat sine causa ambulat in domo
sic et nos si habet ipsa sacramenta
que pertinent ad nostram utilitatem
corporalem sine causa vivimus
super terram Et sicut mercenarius
totam diem impendit circa opera
sui domini vinee aut horti circa
laborem suum sic et nos omne
tempus vite nostre impendere debemus
circa gloriam dei meditando ante
patrem circa usque in nos tenemus
Et sicut mercenarius ea die qua
non facit opera erubescit intrare
domum sui domini et petere pa
nem sic et nos debemus confundi ea
die qua nil boni fecimus intrare
ecclesiam et stare ante conspectu dei
Tali quidem operarii sunt ydonei
tempore mercedem et denarium
patrisfamilias nam ut habetur de
patrefamilias conventione facta cum
operariis ex denario diurno
misit eos in vineam suam qui
enim non operatur in hoc seculo
non manducabit in 2o et quia aliis
manducantibus et bibentibus
in hoc seculo opera In 2o seculo
aliis ieiunantibus iste recumbet
cum Abraam et manducabit
de cena vite eterne aut aliis
operantibus stat hic otiosus
aliis recumbentibus in 1o seculo
iste expelletur foras dicens nisi
iste sed inter perpetuos e dicens opera
tionibus i e vo[bis] sicut inter dies
est dies ferias hec Cus[a]
Ad bonam autem culturam humane
vinee sunt generaliter necessarie septem
requiruntur scilicet plantatio clausio
fossio putatio ligatio pastinatio
et propagatio Primo namque vinea
mistice plantatur baptismali

regeneratione et hec sive sit bap
tismus fluminis sive flaminis
mysterium enim infunduntur baptizato
gratie et virtutes que sunt istius vi
nee vites sic sunt fides spes
caritas prudentia temperantia
fortitudo iustitia et sic de aliis ·
Istam autem vineam non plantat
principaliter nisi solus deus homines enim
sunt eius ministri huius plantationis
solus autem deus est principalis planta
tor qui dicit Ierm 11o loquens
isti vinee Ego te plantavi vineam
meam electam et omne semen
meum et bene dicit vineam electam
quia ipsa vinea in se est deo pla
cibilis et accepta et bene etiam dicit
semen meum quia alius non seminat
semen suum et alienum sed deus non
nisi proprium meum et verum Et hec
vinea non est plantata a nobis
sed in nobis ipsis ideo qui peccatum facit
dissipat vineam dei quia qui facit
opera bona tollit eam in seipso et
colit ut Cus[a] ubi supra christianus
igitur est honoranda et custodienda
ista vinea tamen ratione plantatoris
tum ratione terre in qua plantata est
que est anima nostra tum quia ratione
fructuum quos affert Secundo hec
vinea muratur spirituali sanctorum
invocatione qui enim vult quod hec
vinea custodiatur cum sint multi
apri et multe vulpecule que vo
lunt eam demoliri oportet eam clau
di et sepiri invocationibus sanctorum
angelorum et aliorum sanctorum Christum vero in
et super omnia dominice passionis
Vnde de viro iusto qui diligenter
istam vineam in se custodit et
colit ut dicitur 1o Ysa vo sepivit
vineam scilicet invocationibus sanctorum
qui sunt muri inexpugnabiles
et edificavit turrim in medio eius
que turris ut dicitur virgo maria
ex qua pendent mille clipei omnis
armatura fortium Can[ticorum] 4o

Et habet turrim in medio vinee
quod edificatur et firmiter collocatur
scilicet devotis orationibus ne desce-
dat a vinea per auxilium sue pro-
tectionis et construxit in ea
torcular scilicet cultus divinus quo
quod ista vinea die ac nocte
devotissime ac confidentissime
innititur et causa firmam ponit
Salomon capitulo xxi. Tercio habet
vinea quod ligonizatur corporali
castigacione viciorum. quotidie re-
pullulant vicia circa vites huius
vinee propter proximitatem et inclina-
cionem quam habemus ad malum ex
nostra corrupcione et merito prime
prevaricacionis. Ideo caro tunc
fodienda est cum viciis et concupis-
centiis ne suffocat et vites
corrumpet. est autem confodienda
ieiuniis et vigiliis et aliis
afflictionibus carnis. Que confossio
est quam deus vult in ista vinea
fieri. de qua dicit Cristus Matthei
capitulo xxi. fili vade hodie opera-
ri in vineam meam. quod quidem
hodie dicit esse continuum usque ad
finem vite. Omni enim tempore est
nobis necessaria fossio carnis cum
ligone penitencie et abstinencie ut
concupiscencia comprimatur. Quarto habet
vinea putacionem sacramentali resse-
cacione peccatorum. quantumcumque enim sit
in nobis vinea iusticie tamen quoti-
die peccata committimus licet non
mortalia. Septies enim in die cadit
iustus dicit Sapiens. habet ac peccata
quantumcumque venialia possent ad tan-
tum multiplicari quod homo tandem labe-
retur in mortale. Et tunc periret
vinea iusticie. Ideo quod sic a vitibus
amputantur superflua sic et
peccata quantumcumque venialia cum
sint quedam vilia superflua debent
a nobis amputari. Augustinus
ac istorum superfluorum est una confessio

et prima ad que sequitur demum
recidere Levitici xxv. Sex annis
putabis vineam tuam idest toto tempore
vite per veram confessionem superflua
idest peccata que nascuntur circa vineam
tuam. Quinto habet vinea ligatur
immobili confirmacione propositi
boni. nisi enim homo habet
firmum propositum ad bonum faciendum
et malum vitandum. vites huius
vinee declinarent ad terram
idest ad terrena et sic cito corrumpe-
rentur. Sed bonum et firmum propositum
de confirmacione et confirmacio
boni ligat et firmat istas
vites. Et ista ligacio est que per-
fectio istius vinee de qua Psalmista
dicit deo. perfice vineam quam
plantavit dextera tua idest fac
tua sancta inspiracione ut per-
hominibus perficiatur. quod tunc
fit si per cor ligentur vites bo-
ni propositi firmissima confirmacione.
Sexto ista vinea pastinatur
laudabili imitacione hominum per-
fectorum. Videmus quod propter tenere vites
indigent paxillis cum quibus
ligantur et quibus sustentantur
ne cadant in terram. sic et ho-
mines in quibus sunt tenere et
tenelle vites virtutum debent
se firmare et appodiare super
vivos perfectos ipsorum vitam imi-
tando. Ipsi enim sunt quasi quidam
paxilli qui sustentant vitam
infirmorum dum tamen nos illi velut
ipsos imitantur. De hac pastina-
cione dicit Salomon capitulo viii. vineam
pastinavi ipso. pastinacio autem
vinee nihil aliud est quam fixio
paxillorum circa vites. Septimo
habet vinea propaginatur doctrinali
erudicione proximorum et ad laudem
edificacionem. Videmus quod per pro-
paginacionem vinea extendit
palmites usque ad magnam

Distanciam sicut per doctrinam sanctorum
et honestatem conversacionis ecclesie
dilatavit vineam iusticie usque ad
multos sicut apparuit de
doctrina et vita sanctorum apostolorum
et aliorum. quo tempore ipsam homines
in mundo in quibus erat vinea
dyaboli disposuerunt se ut cele
stis plantator plantaret
in eis istam vineam. quod
et factum fuit et adhuc fit
Unde de tempore apostolorum
quorum sonus exivit in omnem
terram. dicitur in psalmo de ista
vinea. extendit palmites
suos usque ad mare et usque
ad flumen propagines eius. Ex
quibus patet quod iniuncta est nobis
summa diligencia propter ma
gnam negociacionem vinee que
est iusticie nobis commissa. quam
deus plantavit in anima mea
que per nos est recipienda. fo
dienda. putanda. liganda.
pastinanda. et propagnanda.
Sed proh dolor ista vinea quam
christus tradidit custodibus
sicut dicitur Cant. ultimo. i. cuilibet
homini qui habet hanc vineam
in seipso custodiendam. vel custo
dibus i. ecclesiarum prepositis qui
debent eam custodire nedum
in seipsis verum et in aliis
qui sunt commissi sue sollici
tudini. Unde quilibet malus
prelatus potest dicere id Cant. 1o
posuerunt me scilicet precepta dei et
superiores custodem in vineis scilicet
que sunt in animabus subditorum
meorum. vineam autem meam
i. animam meam de qua magis
adtendere debui non custodivi.
Cum autem non custodit vineam
propriam. quomodo custodiet aliorum
dicit enim sapiens. Qui sibi
nequam cui bonus erit ulli

Propter istam negligenciam propter quam
multi homines se negligenter
habent in custodia vinearum propriarum
et etiam aliorum deus deserit istam
vineam iusticie in multorum cordibus
in quibus eam plantaverat. et
subtrahit ei omnia quibus custodi
ebatur et colebatur. Ysa. v. Auferam
sepem eius scilicet vinee et erit in di
repcionem. diruam maceriam eius
et erit in conculcacionem. et ponam
eam desertam. i. auferam ab ea
propter predicta custodiam custodiam sanctorum
angelorum et aliorum quibus sepie
batur tamquam muro inexpugnabili
qua sublata intrabunt apri et
alie fere ad exterminandum et de
pascendum eam ut dicitur in psalmo
Intrabunt et vulpecule ad demo
liendum eam. Dicit enim pater domine
angelis et sanctis i. Canti. 2o
Capite nobis vulpes parvulas. i. de
mones temptaciones. fugate ab
hominibus que demoliuntur vineas.
Et in Ysa. non putabitur vel fodietur
i. permittam eam non fodi nec
putari. et tunc ascendent super
eam vepres et spine et ma
dabo nubibus i. scilicet ne pluant
ymbrem scilicet gracie super eam. vel
nubibus i. doctoribus ne ymbrem
doctrine stillent super eam et tunc
cum debet uvas facere faciet la
bruscas. In multis et hominibus
plantata est vinea dyaboli de qua
dicit deus cuilibet malo Eze. xix.
Mater tua sicut vinea in sanguine
suo super aquam plantata est.
Mater cuiuslibet hominis mali quo
ad maliciam dyaboli est malicia sicut
et ipse malorum pater. Dominus Io. viii
vos ex patre dyabolo estis. Ista mater
omnium malorum plantata est super aquas
scilicet vanitatis et fluxibilitatis mundane
In sanguine malorum. i. in fomento

Et quare corrupcionis imbuen
to qui sanguinem designatur
De ista vinea dicit ibidem quod eius
fructus et frondes tenerentur
ex aquis multis .i. ex multis populis
qui libenter receperunt istam
matrem / aque enim multe sunt
populi multiplicati Apocalipsis xvii°
Certe multum tenerentur frondes
istius vinee in multis populis
quia forte sunt virge solide et
in sceptra dominancium / multi .i.
mali qui sunt frondes et virge
huius vinee facti sunt reges et
imperatores sicut pharao Nabu
chodonosor Anthiochus
Nero et alii innumeri Set quid
dicitur de ista vinea consequenter
Ite hec que tunc erat in maiori
prosperitate et habet maiorem
altitudinem et vulnerem per altitudinem
de nostra est in terra .i. in divina iusti
cia ut apparet de multis ma
lis principibus qui iam destructi
sunt per dei iusticiam et ad
huc amplius divellentur fructus
et frondes eius. incensa igni
et cetera est scilicet miserie et tene
bras quantum ad multos et ad
huc quantum ad alios per incre
pacionem vultus tui peribunt sic
tamen fructus eius quo ad
istam vitam. et adhuc magis
siccabitur ventus domine sine
pluvia eos mittendo / Male
dicta est ista vinea et male
dicte sunt vites eius. et
maledicti sunt qui colunt eam
in scriptis Igitur eradicemus ista
vineam per virtutes et colamus
in nobis metipsis vineam iusticie
quam plantavit dextera dei ut
tandem valeamus recipere mercedem
promissam bonis operariis
istius vinee de qua dicitur
in evangelio quod iusto fuit dato

vobis. Ubi tangitur ex parte premii
proporcionalitas quia non est
plena proporcio inter mercedem et
laborem. sed merces in multo excedit
laborem deus enim premiat ultra
condignum Romanos viii° Non sunt
condigne passiones huius temporis
ad futuram gloriam que revelabitur
in nobis / Quod merces excedit
dixit Abrae Genesis xv° Ego
protector tuus sum et merces
tua magna nimis Et Mathei v°
merces vestra copiosa est in celis
Set quod celeste premium potest
dici iustum. eternum enim suppli
cium bene est iustum quod pro malis
infligitur operibus Iusto iteratur
stipendium ad Romanos vi° Stipen
dia peccati mors / celeste autem
premium non pro operibus dabitur
quia nullo modo ex se sunt sufficiencia
quia sicut dicit ecclesia sine dei gracia
esset nimia iusticia eterne quod
est error pelagii Non .i. homo
ex suis operibus meretur gloriam
sicut ex eisdem meretur penam tam
enim imperium terminum sic dicitur sancti
attribuitur gracie dei non meritis operibus
Responsio celeste premium est et
gratuitum et quodammodo debitum
respectu quorundam hominum magis tamen
est gratuitum quam debitum respectu quo
rundam hominum respectu enim illo
rum qui non habent liberi arbitrium
et qui non habent tempus operandi
premium est pure gratuitum quia
sola gracia dei datur. et ipsa sufficit
ad ipsum obtinendum Ad Romanos iiii°
ei qui non operatur. credenti autem
in eum qui iustificat impium .i.
in Christum. reputatur fides eius
ad iusticiam quia sine operibus
Et in illis qui non habent
usum liberi arbitrii sicut sunt

xmli et in quibus non potest esse
actus fidei. Sola gratia et fides
tantum te sciata reputatur eius ad
iusticiam. Et propter hoc ad obtinendum
vitam eternam Respondeo quod illud
in quibus non est usus liberi arbi
trii et qui non possunt aliquem
actum elicere id primum est pure
gratuitum. Et propter hoc non potest
dici iustum quod non datur meri
tis donum dei gratuitum Respondeo
autem illorum qui possunt operari
de quibus hic loquimur triuium
id primum est gratuitum et debitum
gratuitum quidem quod sine
gratia dei que gratis datur
et sine meritis illorum opera eorum
essent meritoria vite eterne.
Unum quod in talibus voluntas
non repugnat gratie et spiritui in
stinctui divine gratie voluntas
eorum elicit actus qui merente
gratia divina sunt meritorii Ideo
potest dici quod respectu illud id
primum est gratuitum debitum quod
debetur meritis a voluntate
elicitis gratiis merente gratia Un
de apostolus ad Ro. iiii. Ei qui
operatur id est qui secundum tempus operandi
meritis non imputatur id est non datur
secundum gratiam tantum sed secundum debitum
scilicet sue operacionis respectu quod
illud de quibus loquimur triuium
eterna gloria que prestatur eorum
de meritis potest dici debitum vir
et iustum. Dico tamen quod magis debet
dici gratuitum quam debitum et
primum quam iustum. quod in omni meo
merito principalior est gratia dei.
Propter quod apostolus dicit ad Ro. vi.
Gratia dei vita eterna Et Augustinus
dicit Cum deus coronat merita
tua nil aliud coronat quam
munera sua. Propter quod beatus
deo tu dixerit. quod iustum sunt dabo
vobis quod loquitur de operarijs primo
respectu quorum potest dici et debitum

et iustum et meritum Unde in prede
cingulis illud dicitur in psalmo Vic
bunt in domo solum iusticiam meam
verum quod ut dixi magis debet dici
gratuitum quam debitum sicut multis
hominem quantumcumque bene operanti.
Dicitur id deute. ix. Ne dicas in corde
de tuo propter iusticiam meam introdu
xit me dominus ut terram hanc
scilicet vineam possiderem. Dat quod
nobis deus in ista vita primo
fidem per quam misteriorum nostrorum ca
pismamus. Secundo caritatem per quam
effectus reclamamus. Tertio primam asp
tate per quam ipsius mortificamus
et isto minus et preterea. per quam
aliorum defectus et in opias reele
vamus. Et istis virtutes dat
nobis liberam ad merendum
quia gratis dat nobis suam gratiam
sine qua non sufficimus ad
merendum. In futura autem vita
dabit nobis Christus libera. Primo
quod alia quod istis succedunt
nam captivacionem intellectus suc
cedet cognitio in obscurabilis
de qua dicit Apoc. ii. Qui vicerit
scilicet vicia errores hac suasio
nes erroris dabo illi scilicet in
futuro stellam matutinam id est
notitiam claram et appertam
reclamacionem autem affectus per caritatem
succedet fruicio insaciabilis
de qua dicit Apoc. ii. Vinceti
scilicet pecta dabo manna abscon
ditum id est dulcedinem et fruicionem
beatificam que dicitur manna absco
ditum quod nemo scit quam dulce
sit nisi qui gustet Unde
psalmi Quam magna multitudo
dulcedinis tue domine quam ab
scondisti timentibus te. Mortifi
cacioni autem carnis succedet
duracio immutabilis de qua Apoc. ii.

Esto fidelis usque ad mortem
et dabo tibi coronam vite que
non habet principium neque finem
sicut in figura rotunda cuius
medium est denarius qui in hoc
Evangelio promittitur in via labo-
rantibus. Complecionem autem ali-
enorum defectuum succedet pos-
sessio que improporcionabiliter ex-
cedit. Apocalypsis xxi° Ego sitienti dabo
de fonte aque vive gratis. Qui
vicerit possidebit hec scilicet
bona glorie que quidem improporciona-
biliter nostra merita excedunt. Que
bonorum participes nos faciat
Jhesus Christus qui est benedictus in se-
culorum. Amen. finis post septuagesimam

Exiit qui seminat semi-
nare semen suum. Luce
viii° Hoc Evangelium tangit
fidem nostram statum quelibet omne
initium et primum omnium enim habet
habitum causam in semine verbi dei.
Verbi. Apostolus ad Romanos x. Quomodo
invocabunt eum in quem non cre-
diderunt aut quomodo credent eum quem
non audierunt aut quomodo audient
sine predicante. Itaque et fides et
virtutes et salus in semine verbi
dei sunt. Quemadmodum autem ut dicit Crisostomus
possit deus in omnium animas sine
auditu corporis immittere suam
theoriam. Sed quod per linguam
statuit seminari, per aures voluit
ad animam infundi. Verbi et si deus
intus docere volt sed vult ut per eos ex-
pandat et ut illis audiatur. Ideo
officium eius sibimet ascribit. Luce
x° Qui vos audit me audit
et qui spernit me spernit. Et quia
perveniet seminator verbi suum in modo
ideo ascendens in celum reliquid
doctores et predicatores ut illud
seminarent. Verbum ideo seminatur verbum
dei in ecclesia ut qui bona est
in bono confirmet et malus a
malicia avertatur. Quia sicut
fiducia obstinatorum non habet
excusacionem. Unde Iohannes de Iudeis
ait: Si non venissem et locutus
eis non fuissem peccatum non haberent
nunc autem excusacionem non habent
de peccato. Iohannis xv°. Modo ita
est ita Evangelium primo seminatorem
secundo semen tercio terram in cuius
susceptione dividitur. De
primo dicit Exiit qui seminat.
Iste seminator est dei filius qui
a patre exivit et in mundum venit
seminare ad animarum refectionem.
Sicut enim agricole seminant in agro
ad sustentamentum corporis. Unde
Genesis in principio. Primo quidem creavit
celum et terram seminandum in
agro celi angelicos spiritus vel
bonos. Sed nonnulli per superbiam se-
mine cediderunt secus viam id est
in dei filium qui est via. Quos
dum voluit assimilari altissi-
mo, conculcatum est. Quod Sathan
cum complicibus tamquam fulgur ce-
cidit de celo. Volens autem
hunc defectum subvenire semi-
navit in agro terre genus huma-
num. Et hoc semen cecidit super
petram id est dei filium. Dum Adam
et Eva peccaverunt scientiam dei
volentes esse ut deus. Ideo
veniente plenitudine temporis
semen hoc arruerat. Tercio
seminat in modo pluraliter ad
penitentias et spiritum inducendo. Sed
semen hoc cecidit inter spinas
terrene sollicitudinis et divi-
ciarum et ita simul exorte
spine suffocaverunt. Id videns
hic deus pater ait ad filium id est
Luce xxi° Ecce a fure honorem
cultor in corde necessitudinis
domus mee. Et filius eius fit

splendor patris glorie exstiterit
a patre honore amicorum dei
scilicet angelorum: constitutus hic moratur
sed ab aliis estimabant
eum hominem sine honore
abiectum hominum etc. Semen itaque
veniens seminavit legem evangelii
omnibus fidelibus. legem consiliorum
quoque ad perfectos. semina virtutum
in omnibus non cessat nunc se-
minare semina salutis non ces-
sabit seminare in cordibus
electorum ad diem novissimum
Ego pater sermo ad aures
audientium. sed nisi ipse se-
minavit in corde vana
mea seminatio Ezechielis xi
Mor. c. ix. Auditus est omne
est quod loquitur si non intus
in corde non clamat qui
aspirat verba que audiuntur.
Ego loquar ad aures que
hic. ipse ad cor quia deus / ipse
seminat pietatem huius cordis
eo verba dei loquor intrinsecus
delicias meas verba mea non
huius pietatem altius cordis
sed non mei xristus est seminator
sed docet et cordi imparat
et quod vult facit. quia si ipse
cor destruxerit scilicet ab eo
recedendo. nemo est qui edi-
ficet. et si hominem incluserit
scilicet in carcerem peccati nemo est
qui aperiat Job xii. hinc
sapiens dixit Ecclesiastes vii
considera opera dei quod nemo pot-
est corrigere quem ipse despexerit
De hoc itaque seminatore
et gaudeamus. et timeamus
gaudium quia ipse seminat in
corde cogitationes sanctas
operationes iustas devotionem
et gratiam in electis / sed timor

quia qui nunc seminat et quibus
negligit et quanto plura seminavit
tanto maiorem fructum requiret
Crisostomus quod videat que fructum
in eo deus ad metendum invenerit
si fructum seminatoris quod esset
dignum premio et premiatur quod
esset dignum pena tunc de primo

De secundo Semen huius se-
minatoris est verbum dei. semen verum
non errore permixtum et falsitate
semen non transitorium sed eternum
non adquisitum et mutuo accep-
tum sed ab eterno hereditatum Unde
Gregorius. Dives est seminator eternus
et eternum quod ab eterno possedit
non aliunde accepit quod in cor-
dibus hominum seminat Semen ve-
rum quia xristus seminator veritatis
semen diversis quia seminator
via / semen salvans quia semina-
tor vita. hoc semen igitur est
lucerna. lucens quia homo afficitur
dirigatur / frigidum inflammans ut
diligat quia ignitum eloquium
Jeremie xxiii. loquitur verba mea
quasi ignis / pectore ad contritionem
compungit. quia est malleus conterens
petram / ardens cor lique-
facit per lacrimarum eductionem psalmus
emittet verbum suum et liquefaciet
et ea flabit spiritus eius et fluent
aque / bellans protegit quia
est gladius spiritus Ad Ephesios vi
laboratorem confortat quia est verbum
placitum Ad Ebreos vi. presencia-
tos confirmat quia est verbum virtutis
Ad Ebreos i / turpitudines abluit
quia est verbum gracie Actuum xx. In
fine est sanitas. misit eum verbum
suum et sanavit eos psalmus xxvi
hoc semen peccatorem iustificat
quia est verbum iusticie et pacis Cor. v
hoc unificat per vitam eterne col-
lationem quia est verbum vite eterne

Ecce duodecim utilitates huius
sanctissimi seminis. Hoc semen
verbum dei est sufficiens ad exortacionem
quelibet ad salutarem. De claritate
enim benignitatis Christi ut diligamus
deformitatem culpe ut fugiamus
necessitatem gracie ut alligamus.
supplicium dampnatorum ut horreamus
premium beatorum ut appetamus
Hec pro convenientia latiorem continent
sunt tamen ipso seminanda et
predicanda / iuxta preceptum domini
Marce ultimo predicate et nolite
Ysaie dicite maxime modo quando
credentes non credunt dicunt se
videre et ceci sunt intelligere et
sunt sine intellectu. Et predicatores
dicere possunt cum ysaia. Domine quis credidit
auditui nostro id est quod audivimus
a nobis. nam non credunt quod
dicimus. pauci enim obediunt
Christiani. et non gentiles. non
heretici non iudei. sed tamen dampnati
nec sunt omnes ex eis sed tamen contra
pessimos vix sunt qui suscipiunt se-
men verbi dei in mansuetudine
et afferunt in paciencia de quo
magis in tercio membro id est tum
de semine. De tercio. Itaque dicit
quod aliud cecidit secus viam
aliud inter spinas. aliud super
petram. primum conculcatum est. Secundum
a spinis suffocatum / tercium exortum
aruit a sole. Primum sunt vana
Et anxiis. tercium duri. Ecce via
petra spina. Semen quod cecidit
secus viam notat homines
vanos carnales voluptatibus
deditos. variis temptacionibus
demonum subiectos qui non se
clausi nec septi a qua custodia
sensuum exteriorum. In talibus verbum
dei conculcatur a multitudine carna-
lium affectionum que a transeuntibus,
sic enim ago seminatus sepis

viam non septam male hic tre-
latos quod transeuntibus conculcat
semen ita quod ut recitat Beda. in
talibus vanis hominibus carnalibus
exposito. frequencia malarum cogi-
tacionum et vanarum conculcat
semen verbi dei ita quod non veni-
et ad fructum. Aut volucres
celi comedunt id est demones
non quod ad se nisi ad suam
utilitatem trahunt illud. sed
ab anima divisum et ita ea
in humanis placet occupat
quod verbum dei ab ea per oblivionem
excludunt. hac intencione ne
salutis sue memores sint / Petra
autem notat homines superbos re-
belles duros aridos qui nec
se frangunt quos nec ferrum
compunctionis scindit. nec ferrum
correpcionis pene. nec pietatis mol-
lit. nec comminacio emendat
tales et si aliquando verbum dei au-
diunt. bonum proponunt concipiunt
interim quod audiunt. sed mox
pro levi temptacionis vehemencie sicut
semen super petram cito cumpost
arescit bonum quod conceperat. Hii
talis in tempore credunt et in
horam proponunt sicut dominus sunt
in sermone. sed post sermonem
recedunt et in proposito arescunt
quia non habent radicem timoris
divini nec humorem gracie. ideo
non proficiunt sed arescunt. Spine
vero designant divicias et
eos in superfluis curis et sol-
licitudinibus se occupantes
magno affectu tenendum. Verbum
dei quod intus et frequenter au-
diunt in se suffocant. ita quod
ad fructum non perveniunt.
Terra autem bona est cor humile

docile ductibile ad intelligendum
et audiendum et hec facit fructum
centuplum. Ecce secundum hominis
propositum semen verbi dei tegens pro-
ficit et fit vinea pro fructu
sicut Et fit seminator utique
seminat. quod nullus colonorum
facere. deus vero facit. nam in-
signa verbi dei tante potentie
est quod attendere corda diri
secus viam scripture prius et pro-
nare a conculcatione seminis/
prius et petrosa corda mol-
lire et spinas superflue sol-
licitudinis evellere et agrum
indispositum ad susceptionem seminis
fructuosa disponere. Ve-
rum si predicator habeo mis-
a multis non audiuntur sunt
et ipse vero deus loquebatur
verum sine seminantes habent
resistentes et impugnatores
verbis et moribus et despectores
Itaque secundum quod qui habet aures
audiendi audiat. i. qui habet
intellectum intelligat et audiat
et cor apponat/ et attende-
re propositum hominis celestis
seminis quilibet vigilet ne
terra sit secus viam in concul-
catione. ne sit terra petrosa
dura et rebellis ad seminis
arefactionem. ne terra spino-
sa ad seminis suffocationem.
Tamen ut semine verbi dei
tanto labore et diligentia
seminato fructum centesimale
in nobis faciet/ ut cum
venerit deus messis ex fructu
suo seminator vero collaudet
et nos seminator collaudet
mecum quam cum eo in regno
celorum sicut nos in principio
quam nobis prestare dignetur etc.

Venit qui
seminat seminare semen
suum luce viii ca. Circa
hoc evangelium refert de semina-
tore. de semine. de agro in quem
cadit semen. seminator est ut
semen verbum dei. ager corda
hominum. dei filius ad hoc est incar-
natus ut homines de errore
reducat ad viam. de vanitate
ad veritatem ut veritate cognita
et amata perveniat ad vitam
sic enim vere stans coram pyla-
to ait Johannis xviii Ego in
hoc natus sum et ad hoc veni
ut testimonium perhibeam veritati s.
ut homines in fide illuminet
et in dei cognitione ut sciant
ubi sunt qui erunt et quo tende-
runt affectu et actu. Et inde
quod vero seminat primo varie
2o assidue 3o sine electione
Primo vero seminat varie. Varia
enim sunt semina sua/ seminavit
semen legis naturalis in agro cordi-
um hominum ab initio mundi/
qui et dixit Matthei vii. Omnia
que vultis ut faciant vobis
homines et vos facite illis
et quod tibi non vis fieri alteri
ne faceris. Seminavit semen legis
scripte scilicet decalogum in agro
tabularum lapidearum Seminavit
semen legis evangelice in cordibus
omnium fidelium unde ait per Ier.
Ieremie xxxi Dabo legem
meam in visceribus eorum et
in corde eorum scribam eam et
ero eis in deum. et ipsi erunt
michi in populum Seminavit
semen legis consiliorum Seminavit
semen bonarum cogitationum
sanctarum affectionum rectarum intentionum
et quidquid boni est in anima ubi

eternum semen est / et qui seminat me-
tit. quemadmodum enim falce mortis me-
tit de hac vita ut si fructum
seminum exquiretur homo produxe-
rit mitto virtutum ad celestia hor-
rea adducitur / si vero produxerit
fructum seminum contrarium . de mito cul-
pe mittitur in ignem eternum ad
comburendum. Varia ergo sunt semina
varia eius gratia et varia dona
varia semina sed omnia bona et
inde ac clara predicto apostolus satis ex-
hortatus omnes ad audiendum et
diligendum semen verbi dei dicit
per Salomonem Sapiencie vi° concupis-
cite sermones meos et diligite
illos et habebitis disciplinam.
clara est et numquam marcescit sa-
piencia. clara est et numquam turbida.
numquam caret sed semper viret / licet in
unquamque opinione sit et ob-
scura et marcida ... tenebrarum
... affectione ignitam hodie
primo Secundo ut seminat
quotidie sive assidue. unde Gregorius
dicit Omelia ... qui seminat
sed qui seminat semina in ...
... ante ascensionem seminat per
ecclesie officiatos post ascensionem
nunc per se seminat ... per
alios vero ad interiorem cathedram
sed in celis qui corda hominum do-
cet in ... / Hec tota vita nostra
... indiget seminatoris ut boni
in bono plus ... et tanto
ardencius ad eterna aspiret quanto
magis in verbo dei de omnipotente
audit quod amat / et malus
verbum se ... castiget
quod scriptum est Ecclesiastes i In multa
sapiencia multa indignacio et qui
apponit scientiam apponit et dolo-
rem Tanto enim homo plus proficit in
dei cognitione tanto sibi magis
displicet de ... opere crescit
quod dolor, cum scientia quod homo quanto
magis eterna cognoscit. tanto

magis se in ... indigna
esse dolet et ... optimus
... in dei ecclesia est ...
... omni festo sit sermo ad ipsum
ut quilibet se consideret quomodo stat
Dicit enim Gregorius super Ezechielem x°
... agit et auri-
bus recta non audiunt nescien-
tes quam sint grana que continuit
... ipsa ... semen sicut
et latentes in cubilibus quasi
mollius quiescunt Hec enim de
quibus scriptum est ... in
... in petris Tu ... audire verbum
predicationis ... audi-
entes que sunt supplicia eterna
quibus ... quam sen-
sibiliter ... de singulis ...
... illico ...
implentur gemitibus et qui
prius quieti iacebat ... in
... cum dolore ad salutem
reddentur / Hinc ... sermon x°
omnes exhortatus ut libenter
verbum dei audiat dicit . studete
... dei verba meditari
nolite despicere scripta ...
... que ad vos missa sunt ...
... enim utile est quod ...
... animus ad calorem
ne in iniquitatibus sive frigore
torpescat / cum enim precedentium
... in ... fortiter
egisse ... ad fortitudinem bone
operacionis ... sanctorum
exemplorum flama animus le-
gentis attenditur . videt quam
fortia ab eis facta sunt et
valde indignatur . ...
non attigerit et forsan
... et quidem multi
in deserto multis annis non au-
dierunt verbum dei ... in ...
... / ... est ut
dicit Robertus super ... Sapiencie

Et sermo dei cibus est anime
vane Unde Hebr. et si non audi
erunt verbum dei in hermo tamen
loco hermi habuerunt inspiraciones
cogitaciones sanctas revelaciones
consolaciones et delectaciones
spirituales divinitus quibus omnia supple
bant defectum audicionis verbi dei
tum de secundo. Tercio ut semina
sine electione quod super petram
secus viam super spinas et su
per terram. Super terram bonam seduc
semine verbi dei super omnes dissi
lutos impositos et compositos
super superbos et humiles super
abiles et indiatos super
largos et avaros super divi
tes et pauperes super fideles
et infirmos. Terra secus viam
notat lascivos in quibus assi
duitas malarum cogitacionum
viam parat et verbum dei concul
cat. Hebr. et si receperint verbum
per mysterium non tamen amat per affectum
Scriptum est Luc. xxi°. Audiet
luxuriosus et displicebit ei.
Unde Hebr. preciosus peccatoribus
mimus implet. Ergo luxuria totum
appetitum rerum celestium aufert
Petra super superbi elati qui nec
blanditiis nec minis nec terrori
bus nec vix dulcibus possunt
malam deserere quod facit
oblivio dei et sui. Hebr. et si
aliquando ex verbo dei melioratur mo
dicum tamen non persistunt et hic fa
defectus terre id est in consideracione mortis
et defectus humoris id est devocionis
et desiderii ad celestia
Job xxxviii°. In similitudine lapi
dis aque id est ipsi durantes quod
sit ex tenaci adhesione rebus
transitoriis. Spine notat ava
ros in quibus nimia sollicitudo
et desiderium lucri suffocat
verbum dei ita quod ad fructum non
pervenit. Ergo implet verbum
Ysa. xxxiii°. Spine congregate

igne comburentur. Terra bona notat
cor fidele humile benivolum de
salute cogitativum proximi. Hec dat
fructum centesimum quod ducit ad centesimum
premium vite eterne. Terre quod in
paucis verbum dei semine fructificat
certe quod temporalia multis sunt
causa dampnacionis dum inordinate
amantur. Certe quod pauci salvantur.
Non mirum cum multi verbum dei ad
mortem contemnunt. Alii spernant
alii quod volunt suscipiunt quod
nolunt abmittunt. Impletur ergo
contenne id quod dominus iratus dixit
per prophetam Amos viii° mittam super
ter ram unam et super aliam non
pluam. Ergo per graciam in bono efficit
ut verbum dei utiliter suscipiat in
alto vero non. Dicit Greg. x super
Ezech. Ad bona assurgere perfecte
non possumus nisi nos ipsos sentiens
et penitendo elevet et suscipien
do confortet. Orandus est ergo nobis ut
deus graciam suscipiendi verbum dei
donet et confortet ut suscepto
perducat ad fructum impleccionis
ut sic vitam eternam consequamur
Eternam nobis prestare dignetur
etc. Pater et filius et spiritus sanctus

Verbum quod seminat se- minare semen suum

Luce viii° et in vulgari Evangelium
hoc tangit tamen primo de semina
tore. Secundo de semine. 3° de terra
re. Terre tamen necessaria sunt nobis
ad intellectum et humilem recreati
one et veram instruccionem. Ad
primum seminator est filius dei
cum filio divinitus exivit et exit
eternaliter et invisibiliter a patre et
seminat in principio celum terram
et omnes creaturas et admiraciones
sive verbo temporaliter exivit terram
a matre accingens se linteo
me carnis. In hac seminat
ewangelicam veritatem que est virtus dei
ad salutem omni credentium. Roma. i°

Exit igitur ad seminandum in cor
dibus hominum igniculos caritatis per
Exibit ultimo ad seminandum
districtam equitatis et ad remu
nerandum. In primo exitu in mundum
venit, sic sic parens colonus de
quo Jeremias expectacio Israelis xiiij
quasi colonus futurus es in terra
In secundo exitu scilicet sic sic benignus
et fidelis amator animarum. In tercio
exitu scilicet finali exhibit se ut
rex iustissimus rex infinite po
tencie. Est seminator quilibet pla
torum rex princeps spiritualis et secula
ris regimen et consilium. qui instar
boni coloni in terra agrum debent
curam diligentem adhibere visi
tando. inquirendo. vicia inquietes
iniurias excellendo. virtutes
seminando. bonos amando ma
los corrigendo. Cuilibet enim istorum
dicitur Luce x. Curam illius ha
be et quodcumque supererogaveris re
Est seminator quilibet homo. Cuilibet
enim dicitur Ecclesiastes xj°. Mane
semina semen tuum et vespere non
cesset manus tua. Quando enim
unusquisque seminat hoc et metet
quilibet operacionibus retribucio. Si
seminas zizania mittis separab
le messe stricto. sic et malis ac
tibus quibus fructus que iniquitas inse
verit et pena sic et bonis gla
Sed sic et pessime vero dicitur
seminator cum solus sed facultatem
serendi in animabus et terris ad
fructum dispone. i. Corinth iij°
neque qui plantat est aliquid neque
qui rigat. sed qui incrementum
dat deus. i. voluntatem facultatem
et virtutem ad bonum. loquitur
predicator ad aures exterius sed
tamen vanum nisi ille predicet intus
qui docet interius hominum interius
sed graciam infundendo. Ad hunc igitur
seminatorem xpm in omnibus recurrendum

Semina verbum seminacio absque
quibus non procedit hoc de quo
Ad seminandum semen
est verbum dei. Semen nobilissimum
preciosissimum et perfectissimum cor
et animam ad salutem. Verbum enim
dei est verbum vite eterne disponens
animas ad graciam et gloriam. Unde
anima ex carne plena conthrita
in comedia primo corripiet peccata
similiter cadit enim ad idem et simpliciter
Quarto bene operandi difficultatem
spiritus enim promptus est Quinto cor
dis obstinacionem Sexto similiter
corpus enim quod corrumpitur aggravat
animam quinto mentem sollicitudines
Sexto passionum anxietates multi
enim sunt corporis dolores in animam
redundantes. Septimo glorie retar
dacionem. Verbum quod apostolus corripiebat
dissolvit et esse cum xpo Et regna
tragis dei misit verbum de celo
semen verum. nullus defectus multiplicis
simitatis nullus falsitas in se habens
ut animas obstinatas illuminare
ignaras allevaret. frigidas
calefacit. tardas stimularet.
dissolutas restringet. et afflic
tas recreare. et ad celestia elevare
Ideo ut in sua oracione propheta
et omnibus credentibus scilicet ait
sanctifica eos in veritate sermo tu
us veritas est. Unde semen verbi
dei licet in prelatorum similiter in
sua predicatione in effectu utiliter
sed tamen quod ut dicitur Isaie i. nisi
dominus exercituum reliquisset nobis
semen. quasi sodoma fuissemus et
quasi Gomorra similes essemus. Semen
erat non est doctrine. semen intau
apostolorum. semen exemplar mar
tirum. confessorum virginum. Omnia
enim hec sunt semen cum benedixit
deus Isaie lxj° essemus sicut sodo
ma quasi instrumenta. i. immisi ad
confessionem fidei et laudem dei et
quasi Gomorra quasi instrumenta asperam

fuissemus asperi spinis et tribulis
viciorum quia terra nostra in multa
que non nisi spinas et tribulos
viciorum maiorum et minorum dedit
germinare et necesse inculta vere
et culta terra nisi sint seminata
multa gramina inutilia profert
sic et corda hominum fidelium nisi
suscepit et seminentur in se spe
que plantantur in se semina dei va
cescunt in vicia multa. Carne
se Antiquis patres hominibus predicabat
scilicet Trinitatis unitatem. vel benigni
tatem. culpe deformitatem. gratie for
mositatem. premium bonorum. et sup
plicium dampnatorum. Trinitas pre
dicatur ut credamus. vel benignitas
ut diligamus. culpe defformi
tas ut fugiamus. gratie formo
sitas ut eam queramus. bonorum
premium ut appetamus. eternum
supplicium ut timeamus. hoc
de primo. Ad secundum scilicet
de semine. Tellus ista notat
corda et voluntates hominum / terra
hec mixta. Triumphans est varia / est
enim terra secus viam. terra pet
rosa. terra spinosa. terra bona. Terra
secus viam notat homines
erroneos et incredulos. terra
petrosa homines induratos et perver
sos. terra spinosa homines car
nales et cupidos. terra bona
benivolos et mansuetos / primi
scilicet erronei et increduli ver
bum corporis audiunt et recipiunt
Sed mox dyabolus aufert verbum dei
a corde eorum ne credentes sal
vi fiant. Secundi scilicet indurati et
perversi verbum dei audiunt et
in cor suscipiunt et bonum
propositum habent. sed quanto tempore
adversitas temptationis venit sic
at et destruit id totum. Ter
tii scilicet carnales et cupi
di verbum dei audiunt in cor
suscipiunt initia bona proponunt

et incipiunt. sed prima sollicitudines
circa temporalia terrena desideria
et carnalia suffocant id totum
propositum bonum in eis. Quarti scilicet
benivoli et mansueti suscipiunt
semen verbi dei. credunt. obediunt
et in paciencia operantes fructum
centuplum proferunt / Dic homini in
credulo. quotiens dixeris audit
quidem sed in cor non recipit neque
manet tamen ei quod spinis et falla
Dic homini indurato in sua prava
voluntate. Audit. deliberat.
vult sed quia humore devotionis
et gratie non habet. ideo non persistit.
quam primo temptatio adierit cito re
cedit / Dic homini carnali et
avaro verbum dei. audito con
delectatur in illo. sed quia cor ipsius
fervet in amore terrenorum spino
sitates et desideria terrena ascendentia
occupant totum cor. et ita suffocant
et extinguunt omne bonum affec
tum. Terre quando semen preciosum
verbi dei sic impenditur. et in multis
reddit. Et licet semen verbi dei sit
potens in terra. ut dicit propheta
sed mala voluntas hominis que super
greditur potestatem eius. et hoc
fit quia non est timor dei in corde
hominum. nec respectus salutis et
dampnationis. Oremus ergo deum
ut sua gratia terra cordium nostrorum
disponatur. ut sit terra non secus
viam non petrosa. non spinosa. sed
terra bona et fructuosa in iusticia
et sanctitate operum ut fructum cen
tuplum. eterne glorie in regno celorum
consequamur. Ad quod nos etc.

Ecce ascendimus Ierosolimam et

consummabuntur omnia Luce
xviii°. Evangelium hic plenum est
devotione et caritate et confert

quo dns Ihc pas3 p(re)dixit
discipulis et compleuit toto eis
sue passionis veritate auctoritate
et horrorem ac dehinc miseria
qua sedebat sermo viam me-
ditans Et valde mirabile si hoc
tempus valde pusillum habet deuo-
cionis quod hoc tempore legitur
Ewangelium Dicit enim Apostolus ij ad
Corinthios vj° Que participacio
iusticie cum iniquitate. que societas
lucis ad tenebras. que conuencio Christi
ad Belial Ecce hic deuotissimum
Ewangelium occupat se de passione
tempus autem hoc vanitate et disso-
lucionis Ewangelium de anxietate
tempus autem hoc de leticia et gulo-
sitate / Ewangelium de penis et mor-
te. tempus hoc de sui obliuione
Quare ergo queres tempus ad Ewangelium
quasi dicit ulla Optime tamen
prespecta sunt apud Ewangelium hoc tempore
ordinata legendum Tria enim sunt
peccata que et si homines toto anno
vexant / hoc tamen tempore specialiter scilicet
Gula Superbia. et vana gloria.
ex quibus tepiditas obliuio dei et
sui Ewangelium autem hoc ad restringendum
illa mala continet tria bona contraria
illis peccatis scilicet maximam
anxietatem contra dissolucionem et gulam
maximam humilitatem contra superbiam
et impacienciam. maximam vili-
tatem et confusionem contra vanam
gloriam Christi nempe passio ad memo-
riam reuocata mores componit
mentes illuminat. oculos aperit.
tepiditatem fugat. et ad dei laudem
incitat contra dei obliuionem Primo
passio Christi contradicit carna-
litati gule ebrietati Accidie et
omnibus peccatis quorum origo gula
est sentina Unde ait quidam frater Dauid
libro de reformacione interioris hominis
Contra gulam prima est pugna quia

devincere nos oportet et quanto magis
superata fuerit tanto validiora
sunt cetera vicia contra nos et
nos debiliores contra ea Hec ille
Et gula fuit primum instrumentum
demonis quo temptauit primum hominem
cum esset in paradiso in statu inno-
cencie et vicit Itaque et per eam
in primis parentibus fuit causa dampna-
cionis toti generi humano Causa
dampnacionis contraxit dei filius
pro gula per homines commissa susce-
pit magnam amaritudinem quia
conqueritur per prophetam dicens Dederunt
in escam meam fel et in siti
mea potauerunt me aceto / Peccatum
capitale gule et ebrietatis
pro cuius satisfaccione Christus Ihesus Christus
vinis sanguinem crucifigi et
mori debuit Dicit b. Ieronimus
libro ij° Vinum pessimum sine as-
pectu Auditu. odoratu. absque
gustu ac cibis impossibile est
humanum corpus sustinere / ad esse
tamen dicitur ut flores et tantas
suaues escas quibus non oneretur
corpus / ut libertas anime perimatur /
grandis exultacio est anime si
paruo contenta fuerit cibo. Sub
pedibus habe epulas libid-
inesque Ipsi que diuicie contra aut
tolle epulas et libidines lu-
xuriam nemo querit diuicias
quam usui et in ventre aut
sub ventre est / ciborum itaque
auiditas que auaricie mater
est. animum que obsidens compedi-
bus agnat in terra et agnatum
in terra tenet Hec ille Cum
dat seipsum ad voracitatem et
ebrietatem. occasionem habet anime
adquirendi pecunias per phas et
nephas. per furta fraudes
rapinas. iniurias et in iusti-
cias / Ubi enim regnat superfluitas
cibi et potus ibi auaricia /

Nunc est in dolorum cultu ubi
respublica perit et totum
honorum bonum defluit. Non est
in extrema peccatum gule esse leve
cum tam dira et dura inducta
sint ut peccata compendiam.
hoc de primo. Secundo Christi
passio contradicit superbie pompe
tentati. quia est medicina ultima
tentat depulsio. peccatorum
ablucio penarum deleto. gratie
inventio et glorie assecutio. hec
meruit nobis profundissima
humilitas que in eius resple-
duit passione immo confirma-
tissima qua confirmatior esse
non potest. ita quod in infinitum ma-
ior sit humilitas in Christo
quam Ade superbia in pomi acceptione
unde potest plus proficere quam
Ade superbia nocere. Et dicit Leo
papa in sermone. Amabilior est
nobis in deo humilitas quam
potestas. et difficilius capere
eius capere potest quod deus celi
et terre se humiliat usque ad illusi-
ones ad sputa ad flagella
ad crucem. Amabile deus humi-
lis et servus superbus. veritas se humili-
at et vanitas se exaltat.
Deus se inclinat et homo maiorem
se putat. et maiorem se quam
in veritate est reputat. Ad dei
confusionem quia amplius ab eis
patitur quos maioribus donis
ditat. Unde Saul cum primo esset
in regem electus humilis. exaltatus
vero in regem factus est superbus.
cui dominus. nonne cum parvus esses
in oculis tuis caput te consti-
tui in tribubus Israel. I Reg. xv°
... et Samuel arguens eum
dixit pro eo quod proiecisti sermonem
domini abiciet te deus ne sis
rex. Sic et in hoc regno cum an-

tecessores erant humiles. deus ma-
gnificabat eos honoribus divitiis
et victoriis. cum autem facti sunt [illegible]
[illegible] apud se videntur
magni et magne reputationis
efficiuntur parvi et viles in conspectu
dei. patet quod magnificentia et
gloria dei decrescit. et respubli-
ca perit. ideo non parum sit do-
lendum. hoc de secundo. Tertio pas-
sio Christi continet in se magnam vili-
ficationem et confusionem. Cum enim esset
gloria patris ut nos in celo glorifi-
caret hic ad summum confundi
voluit. Venditus est quasi ignarus
captus quasi nocivus. traditus prelatis
iudicatus quasi morte dignus. illusus
quasi fatuus. consputus quasi miser.
flagellatus quasi reus. crucifixus
quasi latro cum latronibus. Hanc
confusionem sustinuit Christus nobis ad
maiorem salutem ut summam gloriam
in celo. Nos autem toto desiderio
nocte ac die cogitamus ut
summam gloriam in seculo et vacemus
[illegible] terrena [illegible] heu. Et hoc
vanitas sic et ipse hoc vanitas
dicit propheta. Ecce eum intueri non
sinunt [illegible] omnia ut desiderari
tum eo eius gloria. Cum [illegible]
isto tempore homines que [illegible]
corporat ad hoc ut [illegible] sunt
sollicita. nam cecus sedens iuxta viam
clamabat Ihesu fili David mise-
re mei. interrogatus a Christo quid
vis ut faciam tibi. Respondit domine
ut videam. et quamvis increpabant
ut taceret ipse tamen multo magis
clamabat petens sibi misereri.
Si sic iste pro depellenda cecitate
corporis ita diligens fuit multo
plus pro depellenda a nobis ceci-
tate mentis in [illegible] esse deberemus. In
cecitate enim corporis homo
salvari potest. in cecitate vero mentis

illatione dicit Gregorius li. v° ca.
xxxi° horrendum malum cecacitatis una que corpus alia que
mentem obtenebrat. cecitas
corporis videt defectum nature
cecitas mentis videt defectum
divine gratie. cecitas corporis
respicit creaturam visionem ceci-
tas mentis creatoris et eius
bonorum invisibilium spectatorem
Thobias Thobie v° Cecus
corpore inquit quale michi gau-
dium qui in tenebris sedeo et
lumine celi non video. Interior
cecitas multo amplius deflen-
da qua peccator nec deum celi
videt. nec celestia bona cogi-
tat. nec statum sue salutis
curat. nec que futura sunt pre-
videt. sed oblitus sui vadit
morti appropinquans absque timore
in foveam eterne dampnationis
Corpore cecus errat pedibus cor-
poris ignorans ubi pedem ponat
mente autem cecus errat pedibus
interioribus scilicet intellectu et affectu
et sicut intellectu errat. Deum
erronea intellectu affectum pervertit
affectu perverso et a creatore ad
creaturam converso. corrumpit mores
et demones inducit. Iste et hic
cecus secus viam sedebat sed
non sicut tristicie rectum. cecus est
in anima non est in via salutis
sed extra viam sedet in suis
delectationibus. Cum ergo cecitas
mentis sine numerum est vel cecitate
corporis multiplicata expedit
ergo ut quilibet clamet cum isto
ceco. Ihesu fili David miserere
mei da ut videam que sunt
videnda. et ad salutem necessaria
hoc et modo ecclesia in persona
peccatorum clamat. Domine illumina
oculos meos. vel anime mee intellectum

et affectum ut recte videam
que sunt salutis. Illumina
domine oculos ne umquam obdormi-
am in morte ne quando dicat
inimicus meus spiritualiter prevalui adversus
eum. Cui dicit Ihesus.
Fides tua te salvum fecit.
Fides ut dicit Gregorius ibidem
est oculus mentis humane quo
divina et que supra naturam sunt
et sunt possimus intueri.
Hec videt nobis et celum
et infernum. Petimus ergo ut hanc
in nobis claram faciat ut
videamus. et videntes intelligamus
intendendo et recte ad patriam
celi perveniamus quam nobis
prestare dignetur etc.

Factum est autem
cum appropinquaret Iericho
cecus quidam sedebat
secus viam mendicans
Luce xviii°. In hac dominica
incipit quinquagesima et finitur
in pascha et fit remissionem
Representat enim annum iubileum
quo secundum legem erat quinquagesi-
mus fiebat universalis remis-
sio. Clauditur enim ista dominica infra
se totam maiorem que fit tem-
pore. virtute cuius fit peccatorum
remissio. legitur ergo hodie
epistola scripta ad Corinthios
xiii° In qua describitur
maxima commendatio caritatis
sine qua cetere virtutes inutiles
sunt ad eternam vitam.
legitur et evangelium Luce. In
cuius prima parte instruimur
de fide passionis et resur-
rectionis Christi. Secunda vero parte
fidem illuminat ceci. Ideo
in prima parte evangelii commemora-
tur illuminatio appropinquante Ihesu

in Iericho quod interpretatur
luna et significat totum genus
humanum vel singulorum hominum
conversacionem / et ideo cum dicitur
appropinquasse Ihesus Iericho potest
intelligi vel de illa appropinquacione
qua dei filius ad genus humanum
per incarnacionem accessit. Secundum
tercium est quod sequuntur illumina-
cio ceci generis humani vel quod de
appropinquacione qua ipse dei filius
accedit ad homines penitentes
et ad eorum conversacionem per iustifica-
cionem / ex qua et tercium est quod
sequitur illuminacio ceci peccatoris

Si Secundum ad primum scilicet quod Ihesus
seminator accedens Iericho
nostre mortalitatis ibi voluit plantare
in terminis nostre humanitatis Nimi-
rum plantam suam Ecclesiastici omnia
xxiv super an. Ipse est illa
rosa in campis Iericho / de
qua dicitur Ecclesiastici xxiiii° Quasi
plantacio rose in Iericho. Ro-
sa quidem speciosissima scilicet Christus
innocencia candida et passionis
sanguine rubicunda Et sicut
rosa antequam videatur sentitur
sic et genus humanum antequam
videret humanitatem eius corporaliter
per sensum per fidem fragranciam
sue divinitatis / Accessit ergo
Ihesus ut reedificaret ruinas
Iericho non timens maledictum
Iosue scilicet quia pro nobis maledictum
Ecce nos accedere qui diu ceca
fuerant videt. qui diu mendica-
verant abundant. qui diu
laboraverant sedit et quiescunt
Et qui diu procul a via vite
aberrant secus viam sedet
hec Luce xviii et omnia
vim super Lucam ita dicit.
Cum Ihesus appropinquaret Iericho

cecus illuminatur. Iericho enim interpretatur
luna. luna autem in spacio elapso
per defectum carnis ponitur. quia diu
mensis noster movetur decrescit
defectum nostre mortalitatis designat /
Dum ergo conditor noster appropinquat
Iericho cecus ad lumen redit
quia dum divinitas defectum nostre
carnis suscepit / humanum genus
lumen quod amiserat recepit / Unde
in deus humana patitur inde
homo ad divina sublevatur. Tercio
est ad appropinquacionem qua Ihesus
ad humanam conversacionem per iustificacionem
accedit appropinquat quia Iericho
volens in humana consciencia plantare
rosas virtutum et [illegible] arcis
per se quod fructificet per opera castit-
ra Dicitur illud Ecclesiastici xxiiii°
Quasi rose plantate super rivos
aquarum fructificate Ipso ergo acce-
dente ad istud Iericho id est ad
humanam conversacionem peccator qui ob
peccatum cecus erat fiat videns et
qui antea mendicaverat abundat
Qui laboraverat sedet et
quiescit. et qui procul a vita re-
cesserat secus viam manet / de
quarta ergo appropinquacione
vide istud interpretatur sine de pa-
sione de hac quemeunt dicit
Cum appropinquaret Ihesus Iericho
Iericho interpretatur ut dictum est luna
que de se est obscura in suis
partibus et per viam lumen a sole
mutuat et in nostris mone-
tis in lumine crescit et decrescit
et significat genus humanum et humanam
conversacionem Est enim humana natura
et humana conversacio de se obscura
qui tamquam nichil est per viam quia
ymago dei suscepit lumen
gratie / Alunde illustratur quia a
fontali lumine et in suscepto

lumine privatur ut instabilitas
liberi arbitrii / magis ergo fuit humi
litas que est quod accessit vel acce
dit summa claritas ad obscuritatem
summa soliditas ad pravitatem
summa stabilitas ad instabili
tatem et summa fortalitas
ad infirmitatem scilicet dei filius ad
Iericho. fuit enim terra illuminatis
Unde Gregorius ante adventum
Christi omne erat genus humanum quod
in primo parente exclusum a para
diso gaudiis claritatis superne
lucis ignorans damnationis sue
tenebras patiebatur. Exemplum [?]
et hoc ante adventum suum spiritualem
quo animam ipsius iustificat
per gratiam sedet in tenebris et
umbra mortis vinctus in men
dicitate et ferro sicut dicitur in psalmo
Et propter hoc non potest gaudere letitia
spirituali. Unde dicebat Thobias
ceco v° quale michi gaudium
est qui in tenebris sedeo et lumen
celi non video quod dicit ultimum
Unde de peccatoribus dicit Apostolus
Ad Ephesios v°. Alienati sunt a
via dei propter ignoranciam que est
in ipsis propter cecitatem cordis ipsorum
qui desperantes tradiderunt semet
ipsos immundicie et avaricie. Sciendum
autem quod dei filius appropinquans
ad nos per carnis assumptionem
sanavit istam cecitatem triplici
modo. Et illis eisdem sanat
et quotidie cum appropinquat ad
hominem per gratiam in triplici scilicet
felle quod est penitencialis contri
cio. luto quod est mentalis humili
atio. unguento quod est affectualis
compassio. et [?] quod est spiritualis
erudicio. De primo habemus

figuram Thobie xi ubi dicitur
quod Thobias iunior felle piscis
linivit oculos patris sui ceci
statimque visum recepit. Fel
enim acre sit amarum per me
quam et sic affligatur corpus cum
[?] linitur in meditatione oculi
et sic restituitur spiritualis visus
De secundo habemus figuram
Iohannis ix° ubi dicitur quod Ihesus
linivit luto oculos ceci nati
quo facto postquam lavarat [?]
suos oculos statim vidit / lu
tum ponere super oculos nihil aliud
est quam immittere in animam
hominis humiliacionem que dicitur oriri
ex consideracione sui status et
condicionis quod non est nisi lu
tum / ponitur ergo ut lutum
super oculos illius ceci id est humil
iacio ex sue vilitatis consideratione
qui statim vidit et Christum
adoravit. Certe nihil magis
claudit mentales oculos quam
superbia et per oppositum nihil
magis aperit quam vera
humilitas / considera ergo te vile
sicut lutum quantum ad corpus
et humiliare. Unde ut dicit
Philosophus: humiliatio tua in medio
tui et humiliacio aperuit tibi
mentis oculos quos superbia
clausit. De tercio dicit ve
nerabilis pictori [?] Apocalypsis iii° Nescis
quod tu es miser et miserabilis
pauper et cecus / et sequitur col
lirio inunge oculos tuos ut
videas. Istud collirium potest dici
spiritualis pietas et unctio qua
homo dicit compati mentaliter
et effectualiter proximo. quibus
si inungantur mentales oculi
aperiuntur ut videant miserias

et in operibus proximorum nobilis
simum est istud collirium. Eccle
siastici xxxv°. Summo mane re
ligionis est in pietate et mia
Est et serenissimum istud colli
rium. non enim pungit sed lenit
non infert oculis acrimoniam
sed magnam dulcedinem. Avaricia
enim claudit mentis oculos. Un
de Ecclesiastici xx°. Xenia et dona
excecant oculos et aures obturat
et homines facit crudeliores
fat. non nam ut amicum
considerans permittit. Unde ava
ri non merentur moriar pro proximo
frangere panem esurienti pane
suo etc. Luc. corripit eos
mane liii° suo Ysa lviii°
Pro quarto hemo hec
determinetur in Tobie xi°. Collirium
est enim verbo suo et sua effi
cacia eruditione illuminat oculos
mentis quod expresse signa
tum est in psalmo. lucerna pedibus
meis verbum tuum et lumen se
mitis meis. Et alibi decla
ratio sermonum tuorum illuminat
et intellectum dat parvulis. hoc
est dicere quod ... cum ... dixit iste ceco. quid vis ut
faciam tibi Et ille. Domine
ut videam. et Jesus dixit
illi. respice. fides tua sal
vum te fecit et confestim vi
dit solo quod verbo suo dixit
ei respice. reddidit ei vi
sum Et ita interna eruditio
divini verbi est tante virtutis et
efficacie quod confestim illuminat
oculos mentis et facit eos
respicere que sunt necessaria ad
salutem. Sic quod patet quomodo ex
istis quatuor modis illuminat oculos
mentis et reddit spiritualem

visum. Dixit felle quod est peni
tencialis amaritudo. luto quod
est mentalis illuminatio ex considera
tione sue vilis conditionis. colli
rio quod est affectualis compassio
sed ad inopiam proximorum. et verbo
quod est spiritualis eruditio. Ezechielis
... multi sunt hodie ceci quos
diabolus excecat. omnes illos qui
mortalia peccata ut non possint
aliquid videre de necessariis
ad salutem. Est enim diabolus
significatus per Naas Amonitem
qui dixit viris Jabes Galaad
ad quos volebat ei federari.
Sic legitur i Regum xi°. hoc
pacto feriam vobiscum ut eru
am vobis omnium oculos dextros.
hoc dicit diabolus cunctis peccatoribus
qui cum eo ineunt fedus. pacto
enim fecerunt cum morte. Ut dicit
Ysaia. Et fedus ineunt cum inferno
hoc dicit fedus. hoc feriam vobis
cum ut eruam vobis oculos dex
tros. Oculus dexter hominis
secundum [illegible] significat est id quod videt
superna et saluti necessaria.
oculus autem sinister est quo videt
temporalia et terrena. Omnis
ergo peccator quamdiu manet in
peccato mortali sunt oculi dextri
eruti quia nil videt de divinis
et eius expedientibus ad salutem.
Unde contra ad ea sunt totaliter ceci
quamvis ad alia oculos habeant
sed sinistros valde claros.
multi ergo sunt ceci qui tamen
non reputant aliquem de istis
modis quibus diabolus spiritualem
cecitatem sanat. Contra nec
se esse volunt amarissime penitere
nec suam fragilitatem considerare

ut inde benedicentur ut a
comparentur et dominus ut eos secundum
veniat in necessitatibus ut
audiens volunt verbum dei et eo
maneret in veritate Nos autem
non sic sed imitemur istum
cecum dicentes cum eo. Domine
Jhesu xpe Jhesu fili david
miserere nostri ut mereamur
secundum oculo dextro que conferunt
ad salutem ut commereamur au
dire verbum dei dicentis: respice.
et confestim videbimus et
sequemur xpm ipsum magnifi
cantes Et tunc omnis plebs
que hoc videbit quod deus sic
misericorditer se habet ad peccatores
et sic celeriter sanat eos
dabit laudem deo cuius laud
prophetes faciet nos Jhesus xpc
qui hunc cecum illuminat qui
est benedictus in secula seculorum
Amen

Ductus est Jesus in desertum a spiritu Mathei iiii°

Sicut dicit b. hylarius super i° textu(?)
in sanctificatis maxime grassantur
dyaboli temptamenta quia victoria est
ei magis optata de sanctis
In sanctificatis scilicet per baptismum et
penitentiam proprie siue in diuino ser
uicio et operibus sanctis se exercen
tibus grassantur quammaxime dyab
temptamenta. quia de ipsis magis
quam de aliis victoriam exop
tat In signum cuius redemptore
nostrum dominum Jhesum xpm statim
post baptismum et celi apercionem per
agit inimicus dyabolus ipsum
temptante sicut apparet ex ewan
gelio hodierno(?) dementes sunt(?)

Prima ergo nunc est tempus
deputatum specialiter diuino
seruicio et operibus sanctitatis ac quo
modo sunt ieiunia orationes
et elemosine hoc enim est
illud tempus speciale de quo
dicit apostolus in secunda epistola
quam scribit ad Corinthios vi°
Ecce nunc tempus acceptabile
ecce nunc dies salutis Ideo
in hoc sancto tempore dyabolus mag
conatur suis temptacionibus
ut sancti viri dimittant diui
num seruicium et opera sancti
tatis et ad consueta mala rentantur(?)
Licet tamen contra temptamenta ieiunium
remedium dicitur quod fructum ieiu
nii perdidimus secundum quod dicit Eusebius(?)
Nam et si ieiunium non
prodest nobis ut ut non
temptemur proficit tamen nobis
ut a temptacionibus non vinca
mur In hoc ergo sacro tempore
invalescunt dyaboli temptame
ta ut homines retrahantur
a diuino seruicio et sanctis
operibus / propter quod sancta mater
ecclesia in hac prima dominica
huius sacri temporis adducens
verba apostoli in epistola et verba
xpi in ewangelio hortatur
nos efficacissime ut non
obstantibus temptamentis dyaboli
qui sepe temptat ieiunantes
de peccato gule. vane glorie.
et avaricie ne fiat elemo
sine / ut vincamus cum eo de
istis saluatore temptanti
in ieiunio diuino seruicio et
sanctis operibus quia per talia vin
cemus temptatorem qui victus
et confusus a nobis abscedet
Unde dicit Apostolus in secunda epistola

In omnibus exhibeamus nos
metipsos sicut dei ministros
ut sic deo serviatis volunta-
rie et devote / ut enim dicitur
Matthei iiii° in Ewangelio / Dominum
deum tuum adorabis et illi
soli servies. Quod sumitur
ex Deuteronomio vi° Deinde at-
tende soli deo non solum ex
hoc domino precepto sed et ex
angelorum exemplo de quibus
dicit sanctus Ewangelista. Angeli
accesserunt / scilicet ad Christum et mini-
strabant ei. Dicit autem hic Augustinus
unus dominus meus est ipsa trinitas
cui soli servitutem pietatis me-
debemus. Nomine enim servitutis
ut Augustinus x de civitate dei
non quelibet servitus intelligitur ho-
minibus enim servire debemus. sed
solum hic intelligitur cultus soli
deo debitus quem grece latria
latrie pietatis sive religio-
nis. Est autem hec servitus
pietas. de qua dicit Apostolus
i ad Thimotheum iiii° Pietas
ad omnia valet promissionem
habens vite que nunc est
et future. Et certe ista pia et
religiosa servitus que intelligitur
per adorationem debetur illi
soli qui est dominus deus noster
dominus et potentiam quia in cuius
dicione cuncta sunt posita et
nemo potest resistere sue potestati
quia dominus omnium est ut Hester
Hester xiii° / Deus et sapientiam
quia teste Damasceno deus
dicitur a theaste quod est considerare
ipse enim omnia considerat non
solum ea que patent sed etiam
que latent / Homines enim vident
que patent. deus autem intuetur cor
i Regum xvi sed deus in [illegible]
per quam se commisit nobis servire

daturum luce primo / Isti ergo soli
licet debemus servitutem quia ipse
unus est / ut dicitur Deuteronomio vi° Audi
Israel dominus deus tuus deus unus
est. Iste autem dominus adorandus
est fide spe et caritate. Ut dicit
Augustinus. Et ut adoratur eum libere
ferventer in cogitatione. sollempniter
in confessione. sedulo in manife-
statione. iocunditer in contemplacione
[illegible] in reputatione
liberaliter in oblatione et in-
tegritate in confirmatione ut scilicet
usque ad finem perseveret. Non enim
consistit divina servitus in signis
exterioribus tantum scilicet in genuflexi-
onibus pectorum tunsionibus. ca-
pitis inclinationibus et verbo-
rum orationibus. sed maxime consistit in
perfectione vite quam facit caritas
que numquam agit perperam. Unde
etiam maxime consistit ista servitus
in dilectione dei et proximi que
per exhibitionem bonorum operum comproba-
tur. quod dixit Zacharias Luce
i Serviamus domino in sanctitate et iusti-
cia coram ipso omnibus diebus no-
stris / In hoc quod dicit in sanctitate
notat puritatem affectionis / in
hoc quod addit et iusticia notat
veritatem bone operationis que
non est iusta nisi sit vera.
et ab omni fictione remota
subdit coram ipso. non coram
mundo. In quo notat rectitudinem
intentionis / Subiungit omnibus
diebus nostris in quo notat pleni-
tudinem consummationis ut scilicet
ista servitus perseveret usque ad
finem vite. Serviendum est igitur
domino deo maxime hoc tempore
/ Primo ex afflictione et compunc-
tione prime per quam inimicus dei
potest cum eo pacem habere

Videmus in rebus humanis quod gratia domini cuius est inimicus dantis dona nullum est servicium gratum et acceptum potest impedire. Sic est homo quamdiu in mortali peccato cuius inimicus est dei propter quod nullum servicium potest facere quod deo placeat manens in statu peccati. Dicit enim Ecclesiasticus xxxiiii°: Homo qui ieiunat in peccatis suis et iterum eadem facit quid proficit humiliando se? quasi diceret nichil. Orationem eius quis exaudiet? quasi diceret non deus, quia deus non exaudit peccatores. Ysa. i°: Cum multiplicaveritis orationes vestras non exaudiam vos. Manus enim vestre et opera vestra sanguine id est peccatis sunt plene. Oportet ergo qui vult deo placibiliter servire ut ei reconcilietur et pacem cum eo faciat. Pacem autem cum deo quem per mortalem culpam offendit non potest facere nisi per veram penitentiam. Eccli. ii°: Nisi penitentiam egerimus incidemus in manus domini. Propter quod dicitur Mathei iii°: Penitentiam agite, appropinquabit vobis scilicet per caritatem regnum celorum. Et deus qui est rex illius regni appropinquabit vobis faciendo pacem vobiscum et vestra servicia acceptando. Penitentiam ergo de peccatis nostris et tunc acceptabiliter serviemus deo. Unde dixit prima sancta Judith viii°: Humiliemus deo animas nostras et indulgentiam eius fusis lacrimis postulemus et in spiritu contrito et humiliato quem deus non despicit, ut dicitur in psalmo, servientes illi dicamus flentes domino ut secundum voluntatem suam

que est plena bonitate et clementia faciat nobiscum misericordiam suam. Secundo serviendum est ei cum subiectione reverentie et quia servus dei sic timet ei displicere. Videmus enim in humanis quod illi qui dominis terrenis serviunt semper timent ne in suo servicio defectum faciant et in serviendo displiceant. Multo fortius qui regi celi serviunt cui servire est regnare, et sic deum timere ne in servicio suo faciant aliquem defectum, cogitantes quod deo non possunt digne obsequi. Omnis enim sancta [illegible] servi dei qui humiliter et reverenter ei serviunt quo melius serviunt eo amplius timent et dum plus deo placent plus timent deo displicere. Unde dicit dominus Luce xvii°: Cum feceritis que precepta sunt vobis dicite servi inutiles sumus quod facere debuimus hoc fecimus. Cum timore ergo et reverentia serviendum est ei. Unde dicit psalmista: Servite domino in timore et exultate ei cum tremore. Et Josue xxiiii° dicitur nobis: Nunc ergo timete dominum et servite ei corde perfecto atque verissimo. Tercio serviendum est domino cum attentione diligentie et quia vult soli deo placere. Videmus quod illi qui dominis terrenis serviunt sunt attenti et diligentes quomodo in servicio placeant, stant apertis oculis ne in serviendo defectum aliquem faciant et apertis auribus ut voluntatem domini audiant

Et corde perfectissimo ut man-
data eius impleat, non vaga-
tur hinc atque illuc sed stans
semper coram eo / Sic multi ser-
vientes qui deo servire debent
aperire oculos cordis ut
mandata servitii intelligant et au-
res ut voluntatem dei percipi-
ant / non debent vagari hinc
atque illuc per mundana et sensi-
bilia nec sed interiora et ad
ista eos in serviendo impedi-
ant nec debent aliis servire
que eos a dei servitio retrahunt
Propter quod dixit Samuel I Re-
gum vii° Preparate corda vestra domino
et servite illi soli / Preparate
id est diligentes estote et atten-
dite corda quia sermonem dei
percipit ex corde et credit / Et
servite illi soli id est nulli alteri
qui vos in eius servitio possit
impedire / Dicitur enim Actuum v°
Nemo potest duobus dominis servire
// Quinto serviendum est deo cum
execucione iusticie id est cum imple-
cione mandatorum dei Unde illud
Ecclesiastici ii° Fili accedens ad ser-
vitutem dei sta in iusticia /
Et apostolus dicit ad Romanos vi°
Sicut exhibuistis membra vestra
servire inmundicie et iniquitati
ita nunc exhibete membra vestra
servire iusticie in sanctificationem
id est ut sitis sancti / Videmus quod
ancille que sunt ancille que bene
voluntatem suarum dominarum audiunt
sed de ceteris preceptis vix unum
faciunt bene auscultant do-
minas loquentes et precepta
sed rarissime exequuntur Propter quod
earum servitium non est gratum Sic
dico quod deus habet multos qui di-
cunt se eius servitores quia bene
audiunt auribus voluntatem

dei Audiunt enim sermones et prece-
pta dei sed ea minime servant et
ideo modicam habent utilitatem
Prima ut dicitur Luce xi° Beati qui
audiunt verbum dei et custodiunt illud
Multi sunt qui dicunt domine domine
sed hoc non sufficit ad introitum
regni Matthei vii° Sed ille qui facit
voluntatem patris celestis duntaxat
intrabit Fili ergo accedens
ad servitutem dei sta in iusticia
complendo et perficiendo eius
mandata iustissima / Serviendum
est ergo deo cum execucione iusticie
et quam possumus caveamus offensam
dei // Sexto serviendum est deo cum
exultacione et iocunditate cordis
per quam ingenium dei benivo-
lencius percipimus / Videmus quod
aliqui servitores hominum
bene ministrant ea que sunt necessaria
quia vero tristi animo et torva
facie serviunt non placet eorum ser-
vicia / Sic est in servitio dei quod
multi sunt qui faciunt multa bona
ex genere sed longas orationes frequen-
ter terminant et multas faciunt
elemosinas sed quia non habent cor
iocundum spiritualem leticiam immo ingratum
durum est eis genere ad portandum
non placet deo eorum servicium
Habent enim lampades non tamen oleum
sicut fatue virgines habent enim
claritatem in operibus de quibus
tamen non habent leticiam in corde /
Oleum enim secundum Augustinum / spiritualem
leticiam spiritualem significat alibi ar-
bitror / unde dicitur in psalmo Unxit te
deus deus tuus oleo leticie Servi-
endum est ergo deo cum iocunditate
anime et fervore qui enim letanter
deo serviunt graciosa sunt que
faciunt eis bona / Omnia enim dei
dei facit bona / Propter quod dicitur
in psalmo Jubilate deo omnis terra

Servite domino in leticia alias
non poterunt dominum sine Tercio
serviendum est cum consummatione
perseverancie quia possumus deo
servire. non enim sufficit
domino servicium inchoare sed usque
in finem consumare Sicut dicitur
de Anna prophetissa Luce ij°.
quod non discedebat de templo
ieiuniis et obsecrationibus servi-
ens die ac nocte. Dicitur Gen. xxix
Significat quod Jacob servivit pro
Rachel vij annis i(d est) supplentatur
vite vel visione beatifica toto
tempore vite sue Sed sicut
videmus aliqui servitores optime
servire incipiunt postea tamen propter aliqua
supervenientia frangunt in servi-
tio et servicium deserunt vel despi-
ciunt et contempnunt. sic et multi re-
periuntur qui optime domino servicium
inchoant. sed non attendentes
Zachariam dicentem Serviamus
domino in sanctitate et iusticia coram
ipso omnibus diebus nostris non con-
tinuant. Unde Apoc. ij° Esto fidelis
usque ad mortem et dabo tibi
coronam vite. Sic servitus est
soli deo Sed pro dolor multi
sunt qui non soli deo serviunt
sed peccatis carnis et servicium quod
debent deo impendere ipsis
impendunt. Immo quod peius est
blasphemant dicentes id Mala-
chie iij° Vanus est qui servit deo
quia nullam utilitatem consequuntur
et sedent. quod emolumen-
tum habemus quia custodivimus eius
precepta et ambulavimus tristes
coram eo. quasi dicerent nullum.
emolumentum spirituale et eternum
nec temporale precedentes. Vanus quo-
que est qui servit deo dicunt enim
stultus omnis qui facit malum
bonus est in conspectu domini et
tales ei placent ita videtur
quod illi qui mala faciunt et
legem violant dei habent bo-
num mundi divitias delicias
et honores Illi autem qui bo-
na faciunt et precepta dei servant
in paupertate et miseria per-
manent. Propter quod et ipsi dese-
runt domino servicium et [illegible]
sed ad finem [illegible] Nos
autem non sic sed moveamur
pectore ad veram et dignam
[illegible] et ulterius non serviamus
peccato ut laudem sumamus de numero
illorum qui serviunt deo et videant
eius faciem Apoc. ult. Ad
quam visionem nos perducat
Jhesus Christus Amen

Ductus est Jhesus
in desertum loco
et ca. [illegible] dicit
Salvator [illegible] A diebus Johannis
baptiste usque nunc regnum celorum
vim patitur et violenti ra-
piunt illud. A quo habemus quod
conclusum ut regnum celorum
possideamus oportet eum vim facere
videlicet contra mundum carnem et
dyabolum pugnando. non enim
coronabitur nisi qui legittime
certaverit Ad Thimo. ij° Et
Ambrosius in de officiis Non
est gloriosa victoria nisi ubi
fuerint certamina Et ideo qui
vult regnare debet certare. Nec
enim sufficit fidem accipere
si non accipiendo contra dyabolum
certet Nam et si multi voca-
ti sunt ad fidem pauci tamen
inveniuntur electi ad coronam
quia secundum victores Apoc. ij°
Qui vicerit dabo ei edere
de ligno vite et cetera usque in°

Qui vicerit dabo ei sedere
mecum in throno meo Et
quamvis tota vita hominis si-
temptacio sit milicia Job vij°
Specialiter tamen tempus xlme ad
hoc est institutum ut homines
pugnent contra carnem mundum
et dyabolum et ut desistant
a pravis sermonibus cibis et
potibus superfluis et insistant
devotis oracionibus ieiuniis
et elemosinis ut sic redimant
animas a peccatis Et ut hoc
eis dominus videat sancta mater
ecclesia ad suam consolacionem
et confortacionem / hoc hodie legitur
Ewangelium quod narrat de Christi
domini primo temptacione ieiunio
et contemplacione que omnia
fecit nobis in exemplum
xl. di. ibi in deserto deum et
nudam terram habuit pro lecto
celum pro tecto nullo usus cibo
nec potu et cum hic tempta-
batur a dyabolo / De quibus omnibus
est prius dictum / Ad sing. eius
devocionem Sermo de b. Augustino
in l° de scala dilectionis /
Omnipotens deus qui nullius
indiget quia ipse est summum
bonum qui nec de alieno potest ac-
cipere quo crescat quia ex ipso
sunt omnia nec de suo amit-
tere quo decidat quia in ipso
immutabiliter consistunt universa ro-
nalem spiritum creavit sola caritate
nulla necessitate ut eum faceret
participem sue beatitudinis Hugo
ille Et hoc ideo ut homo summum
bonum intelligeret intelligendo cogno-
sceret agnoscendo amaret aman-
do possideret et possidendo
frueretur beatus Formavit ergo deus
hominem de limo terre quem

ad corpus et inspiravit in faciem
eius spiraculum vite .i. animam per
quam factus est homo ad imaginem
dei Gen ij° / Dedit et deus
primo homini tale corpus quod
erat anime subiectum ut esset
obtemperans sine rebellione
vegetabile sine mortalitate erat
quam conforme anime ut sic anima
erat innocens et tamen peccare po-
terat sic corpus esset impassibile
et tamen posset mortaliter vivere
et ideo poterat mori et non
mori poterat habere sufficienciam
et indigenciam poterat obte-
perare et rebellare et hec fuit
racione nature defectibilis ex nichilo
facte ut per graciam confirmate fuit
tamen id corpus ita conditum ut in
eo nulla penitus pugna rebe-
llionis nulla pruritas libi-
dinis nulla diminucio vigoris
nulla corrupcio mortis Factus
est itaque homo absque omni culpa
et miseria ut ad culpam sunt
fomitis instamentum et postea
est in paradiso positus ut operaret
et custodiret id est et ut vesceretur
de omni fructu preter fructum
ligni sciencie boni et mali
Quam felix tunc fuit status
hominis quam innocencie stabilis
et obediencie Sicut dicit
Hugo Sed istum felicem statum
nostri parentes per inobedienciam
perdiderunt et totum humanum
genus ad miseriam induxe-
runt / Dyabolus enim invidens
felicitati hominis misse fertur
venit ad mulierem dicens cur
precepit deus vobis edere de
ligno sciencie boni et mali /
Que rendit hesitando ne forte

morari / quod considerans dyabolus
serpentis instinctu dixit necquaquam
sed eritis sicut dii et sic victus
mulierem per eam et Adam in
duxit in peccatum. Propter quod de
paradyso sunt expulsi in mundum
sicut lucifer de celo in infernum
et in hac valle lacrimarum
et miserie facti sunt mortales
cum omnibus qui ex eis processerunt / Propter quod scribitur Sapiencie ii°
Deus creavit hominem inexterminabilem et ad ymaginem suam
fecit, invidia autem dyaboli
mors intravit in orbem terrarum
et sequuntur imitantur autem
eum qui sunt ex parte illius
Omnes nos ex parte illius eramus
imitantes eum secundum suggestionem
nisi per ipsum excepto uno Christo
Unde Jeronimus Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt
non est qui faciat bonum non
est usque ad unum scilicet Christum qui
eum in nullo imitabatur. Quod
videns sathanas impedit eum
scilicet Christum volens eum seducere
illis modis quibus parentes decepit scilicet Gula, superbia et
avaricia et Christum temptavit
Ut Gregorius in omelia: hostis
antiquus contra primum parentem
tribus se temptacionibus erexit
scilicet Gula vana gloria et avaricia. Gula cum suadens ei
fructum ligni vetiti et suasit
comedendo. Vana gloria cum
dixit eritis sicut dii. Et
avaricia cum dixit scientes
bonum et malum. Avaricia enim
non solum est pecunie sed et altitudinis. Sic et temptando eum superavit et sibi subdidit. / Christum
eciam modo eisdem temptavit
gula cum suasit ut lapides

facere panes. Vana gloria ut
se mitteret deorsum. Et avaricia
ostendens et promittens
ei omnia regna si cadens
adoraret eum. Sed Christus gulam
vicit abstinencia vanam gloriam
superbiam humilitate nolens
se mittere deorsum eo potestis
Et avariciam per contemptum glorie
regna a dyabolo promissa et
eum a se repellens cum indignacione dicens: Vade sathana
scriptum est: Dominum deum tuum
adorabis et illi soli servies
et de hiis est hoc ewangelium in
Dominica quando ewangelium distamo
a Christo primam agere ieiunare
et orare. Ac temptacionibus
dyabolicis resistere / Voluit
enim Christus temptaciones sustinere
et eas superare propter tria /
Primo ut ostenderet se verum
esse hominem et secundum naturam
assimilatum se eis illorum
qui continue temptantur et qui
cottidie petunt deum dicentes
Ne nos inducas in temptacionem
id est induci permittas. Secundo ut
dyabolus qui temptando devicerat
primum hominem temptando Christum
vinceretur ab homine. Tercio
ut ostenderet quod dyaboli temptaciones non timeamus quia nullam
violenciam inferre potest. Unde
Augustinus super psalmum lxi°: Tantum
admittitur dyabolus temptare
quantum tibi prodest ut exercearis
ut proberis ut qui te nesciebas a te ipso invenaris. Et
Ambrosius in quadam epistola: Certamina tua si ad te respicies
grandia sunt. Si ad bellatorem ludus et umbra certaminis. Ideo temptati non debemus desperare

dicit enim Jacobus in sua Ca
nonica Beatus vir qui suffe-
rt temptacionem quoniam cum probatus
fuerit accipiet coronam vite
quam repromisit deus hiis qui
diligunt eum. Et non est
sine speciali misterio quod xpistus
statim post baptismum et post
testimonium dei patris quod dixit
hic est filius meus dilectus
etc. In spiritu sancto suo ductus non
invitus sed voluntarie et
proposito pugnandi contra dya
bolum ductus est in desertum / per hoc
ostendens nobis in figuram quod va
na mox cum fuerit baptizatus
vel convertit de statu peccatorum
per confessionem debet esse ad pug
nandum cum dyabolo dispositus.
Unde Gregorius Illos pulsare negli
git quos quieto iure se possi
dere sentit sed inpugnat. Nec
etc vide de illis diabolus incitat
qui existentes dei via sentit
ac negans sive et presens vi
nendo. Cum inter homines inducat
bellum sunt subditus ad mutuo
obedientibus et contra sola su
perbis. etc. Nec … / sic per dyabo
lus tota sollicitudine laborat ut
illum hominem quem amisit
recuperare possit. Et ideo quilibet
homo recepta quacumque gracia
per aliquod sacramentum tota diligen
cia debet se disponere ad resisten
dum ei. Unde consulit Ihesus
Syrach ecclesiastici ii° Fili
accedens ad servitutem dei
sta in iusticia et timore et
prepara animam tuam ad temptacionem
Ergo quod non debemus estimare
quod deus nobis irascitur cum
permittit super nos temptaciones

Thobie xii Quia acceptus
eras deo necesse fuit ut temptacio
te probaret / non quod malum est in
temptacionibus esse / Unde .ii. homo
resistit eis virtus eius augetur /
angelos letificat et demones
turbat Sequitur Et cum ieiuna
sset xl diebus et xl noctibus
Ieiunavit dominus non tamen indigens
nec obligatus / cum nec origina
le contraxit nec actuale commisit
quorum occasione ieiunium est
institutum. Ieiunavit ut suo
ieiunio curaret morbum nostre
intemperancie et ut homo
qui per gulam ceciderat ieiunio
repararet et dyabolum qui per
gulam vicerat ieiunio vinceret
Ieiunavit ostendens nobis
ieiunium nimis esse utile Unde
Augustinus in sermone de ieiunio
Ieiunium purgat mentem, suble
vat sensum, carnem spiritui subi
cit. Cor facit contritum et humile
concupiscencie nebulas spargit
et castitatis vere lumen accendit
Ieiunavit ut nobis exemplum
daret ieiunandi et misere
batur qui alio sit salvatorem
… / Videmus quod omnis
communitas suum ducem sequitur
xpistus est dux et caput nostrum
ipsum in ieiunando sequamur
non enim decet ieiunante capite
membra pinguescere. Unde Bernhardus
… est ieiunium omnibus xpia
nis quia ut caput suum membra
sequantur. Si enim bona suscepimus
a bono capite mala quare non
sustineamus an ista respuere
volumus et sola iocunditatis
amare. Si ita est indignos
nos bonis capitis …

monstramus. Cum enim ipse ieiu-
naverit et nos debemus. In hac
secundum est dicta quia ipse ieiuna-
do xl diebus minus comedit
nos ergo semel in die [illegible]
infirmiores sumus et non possumus
ex aequo certare cum gigante.
Unde beatus Augustinus. Rogo vos et
admoneo fratres carissimi ut
in isto legittimo et sacratissimo
tempore exceptis dominicis diebus
nullus prandere bis presumat.
Quia aliis diebus ieiunare aut
remedium est aut premium. In xl
autem non ieiunare est peccatum.
Alio tempore qui ieiunat accipit
indulgentiam. In xl qui potest
et non ieiunat sentiat pe-
nam. Hec ille. Similiter pro-
vectis excepto tale tene-
xl ieiunare exceptis pueris,
mulieribus pregnantibus que duplici
alimento indigent, infirmis,
ad limina sanctorum peregrinantibus
et victum continue laborantibus
et hospitale mendicantibus et
similibus. Cum omnes licet non te-
neantur corporaliter ieiunare non
tamen possunt excusari a ieiunio
spirituali quod est abstinere se ab
iniquitatibus et illicitis volupta-
tibus. Nihil enim prodest hominem
ieiunare orare et cetera bona
ne displicere opera gerere nisi
mens ab iniquitate revocetur
et lingua a detractione compesce-
atur. Unde Augustinus. Cum a cibis
abstinet et male vivit est
demonis imitator qui non
est cibo corporali sed nequitia semper
indiget. Et ideo non mirum quod cor-
poraliter ieiunantes in necessita-
tibus non exaudimur quia spiritua-
liter non ieiunamus. Dicitur in Ysa-
ye lviii°. Quare ieiunavimus
et non aspexisti humiliavimus
animas nostras et nescisti. Respon-
Ecce in die ieiunii vestri inve-
nitur voluntas vestra et omnes de-
bitores vestros repetitis. Ecce
ad lites et contentiones ie-
iunatis et percutitis pugno
impie. Nolite ieiunare
sicut usque adhuc die ut
audiatur in excelso clamor
vester. Numquid tale est ieiunium quod
elegi. Dissolve colligationes
impietatis, solve fas-
ciculos deprimentes, dimitte
eos qui confracti sunt liberos
et omne onus eorum dirumpe.
Frange esurienti panem tuum
et egenos vagosque in-
duc in domum tuam. Cum vi-
deris nudum operi eum et
carnem tuam ne despexeris.
Tunc erumpet quasi mane
lumen tuum et sanitas tua
citius orietur et anteibit
faciem tuam iustitia tua et
gloria domini colliget te. Tunc
invocabis et dominus exaudiet,
clamabis et dicet: Ecce
assum. Si abstuleris de me-
dio tui catenam et desieris
digitum extendere et loqui
quod non prodest. Cum effuderis
esurienti animam tuam et animam
afflictam repleveris, orietur
in tenebris lux tua et tene-
bre tue erunt sicut meridies.
Ex quibus verbis colligitur
que requiruntur ad hoc ut
ieiunium nostrum deo sit accep-
tum. Primum obedientia man-
datorum dei, ibi Ecce in die

ieiunium verum est. Sine enim
caritate ieiunium deo non est acceptum.
Secundum fratrum concordia ibi ecce
ad lites et contentiones ieiu-
natis et odium fratrum non permit-
tit ieiunium esse acceptum. Tercium
confessio que innuitur ibi dis-
solve colligationes impietatis.
In peccatis enim ieiunare nil
prodest ad hoc ut ieiunium sit
acceptum. Quartum elemosina
que tangitur cum dicit frange
esurienti etc. Ieiunium enim sine
elemosina est sicut arvum sine
semine. Quintum cessacio ab
omnibus criminibus quod tangit
ibi si abstuleris de medio
tui cathenam. Tale ieiunium
hiis quinque modis decoratum
est salubre et fructuosum
quia placat iram dei, scilicet
diminuit. De quibus scribitur
Ione iii° Audita predica-
cione Ione dicentis Adhuc
xl dies et ninive subvertetur
predicaverunt ieiunium et vestiti
sunt saccis a maiore usque ad minorem. Et
sequitur. Vidit deus opera eorum
et misertus est super malicia eorum
quam locutus est ut faceret et
non fecit. Ieiunium etiam preparat
viam gracie dei, scilicet Luce i°
de Iohanne. Vinum et sice-
ram non bibet et sequitur
et spiritu sancto replebitur. Unde
et nos ieiunamus vigili-
as sanctorum ut in eis animas
preparemus ad suscipiendam
graciam venture solempnitatis.
Nota dicit omnia ergo et venia-
lia licet non ita necessitate ab-
soluta tenetur ad confessionem venialium
sicut mortalium. Tamen ergo non possunt
confiteri mortalia eterna sine confes-
sione venialium teneantur ad
eorum confessionem ut dicit Tho(mas) in
iiii° d. xvii. Ideo dicit quod tene-
mur semel in anno hoc vero
de precepto sed de consilio sepius.
Ideo dicit proprio sacerdoti per quem
intelligitur plebanus vel qui habet
auctoritatem episcopi vel ipse vicarius

7 sub casu

Dispositum in iure vel per vniuersa
lium statutorum. Tertio in quibus casibus
in quibus presbiter quilibet audire pro
priam alicuius / primo quia ille
confitens in sua parrochia peccauit
Secundo si mutat domicilium / 3o
si est vagabundus. Quarto si petit
et obtinet licentiam a proprio sacer
dote. Quinto in articulo necessitatis. Ca
sus potest quod ad consequendam veni
am peccatorum necessaria est confessio
vocalis / vnde sicut quantumcumque con
tritus si contemnit confiteri damna
tur / Item est quod et contritio di
citur sufficit soli deo confiteri
Nam dicit Leo de pe. di. i
v c tantum valet confessio non
est speranda venia criminis
Istud confirmat quod christus qui lazarum
resuscitatum iussit discipulis
religare Johannis xi Et mundan
dos leprosos ad sacerdotes
Luce xvii Sexto quare homo
tenetur confiteri sacerdoti cum
peccata dimissa sint in contritione
dicendum quod peccator duplici vinculo
ad satisfactionem astringitur. vno
quo ligatur ad deum. alio quo
ad ecclesiam / primum remittitur in
contritione / secundum in confessione / vel dicendum
quod est preceptum ecclesie quod omnis
peccator semel in anno hoc suscipi
at sacramentum. Vnde si adest facul
tas et non suscipit semel
mortaliter peccat et nouum
peccatum mortale incurrit propter transgres
sionem precepti et contemptum. Septi
mo dicitur quare preceptum ita insti
tutum per confessionem suscipere proprie
sacerdoti dicendum propter multa. Primo propter aug
mentum gratie quod in ea misericordia
per contritionem et per susceptorem confessionis
gratia augmentatur propter humilitatem
et fidem qua credit potestatem
clauium in ecclesia Et propter obe
dientiam quam adhibet ministro dei

Secundo propter diminutionem pene
ad quam obligatur homo in purgato
rio pro peccatis. Tertio propter reconcilia
tionem ecclesie quam offendit per contrariam
do reconciliatur ordinis membrum per
susceptionem proprie ecclesie reconcilia
Quarto propter equitatem iusticie. quia non
peccator tenetur ad emendam
et non satisfacere ducatur ut vllus
sit iudex sue cause equitas
videtur exigere quod taxatio emende
non fiat per eum sed alium nisi necessi
tas impediat. dicendum autem est
quod fiat per illum qui constitutus est
arbiter inter deum et homines i. sa
cerdotem. Et quia sacerdos non potest ta
xare emendam nisi sibi culpa
manifestetur. ideo oportet ut homo cul
pam manifestet sacerdoti nisi
necessitas impediat. Si autem necessitas
impedit. i. opportunitas confes
soris sufficit contritio. Bonaventura in medita
tione c. xxvo. Si peccator vere penitens
sed in mortem necesse habeat ... ad
confessorem proprium non potest confi
teri dominus quod summus sacerdos
supplet in eo quod mors non per
mittit. Richardus de media villa
in suo quotlibeto q. xxvia
Item ergo hic unum caro factum
est et humiliatio per dolendis
nostris peccatis et verbo humanitatis
obligatur nos ut humiliemur
vnde non quod nos loquendo non
solum deo sed homini quod fit in
confessione vocali et dolor quem
sentit homo pro peccato non potest constare
ecclesie nisi verbo manifestetur quod
tamen quantumcumque homo sit diminu
tus solo et si sit doctissimus
non est certus de dimissione peccati
sibi facta sed semper pendebit
pendulus in alteram viam nisi
manifestet hoc alteri quod vllus
in re sua bene iudicat

Necesse est secundo ut peccator ponat
se in manibus alterius qui eum
de remissione peccatorum certificabit
et indicabit penam satisfac-
toriam taxabit et auctoritate
clavium absolvet. De 2o sive modo
confitendi quodam autem est ut
confessio sit bene circumstantiona-
ta multis conditionibus quas po-
nunt doctores. Primo quod sit
voluntaria vel enim aperte dicit
contra nisi voluntarium. ps. Voluntarie
sacrificabo tibi et confitebor. Secundo
ut sit simplex simpliciter et columbina
non azimina sine vel vulpina
sine astuta ut si vel per se vel
unus dicat quid sit mitte. Tertio
dicit esse humilis. Eccli. 4o Coram
presbitero humilia animam tuam
contra illos qui uno genu flec-
tunt vel capucium non deponunt
vel querunt locum pulchrum ad confi-
tendum sicut pharisaeus de quo
Luce xviiio. Quarto dicit esse
pura id est recta intentione facta sine
hypocrisi id est non propter vitandam penam
temporalem ut faciunt aliqui qui non
confitentur ne prohibeantur comedere
azima in pascha vel ne arguan-
tur quod aliter non essent
facturi. Quinto dicit esse fidelis
ut tam confessor quam confitens
sint in fide aliter non recipiat
se vel sacerdotium. ex quo patet confessiones
hereticorum et scismaticorum esse
nullam cum extra ecclesiam non est locus
remissionis peccatorum. Sexto quod
fiat spe venie aliter non valet
sicut fecit Cayn qui dixit
maior est iniquitas mea quam ut
veniam merear Gen. iiiio. Credi-
dit non posse deum tam enormissimum
peccatum dimittere quod est maxima
blasphemia. Septima dicit esse
nuda non palliata non verbis
duris vel desertis [illegible] xxiiii

Primi abscondit scelera non
dirigetur. qui autem revelat miseri-
cordiam consequetur. Octavo dicit esse
verecunda quia verecundia est magna
pars penae. Nono dicit esse amara
Job xo loquar in amaritudine
animae meae. Decimo dicit esse inte-
gra ut sibi dicat omnia peccata
maiora et minora cum circumstantiis
que in hoc versu notantur. Quis
quod ubi per quos quotiens cur
quomodo quando. Aggravat ordo locus
persona scientia tempus aetas condi-
tio mora copia causa et
modus in culpa status altus
lucta pusilla. Quod minus
vel circumstantiis non sequitur
revelato vel detecto alterius
peccato quod tunc non est opus. Unde
peccator caveat ne dimidiet
confessionem ut confiteatur unum de
hoc alteri de alio confiteatur
propter ruborem et ne de eo sit
suspectus. Nam talis pro illo re-
cipit integre confiteri. Undecimo
dicit esse discreta id est prudens
vel sapiens facta ut sibi confitens
discrete se habeat et sacerdos
discrete absolvat contra illos
qui dicunt ex quo meum est peccatum
qualis talis sit teneor sibi
confiteri. Ipse videat qualiter
me absolvat. Certe talis
decipitur quia dicit salvator caecus
caecum non ducit nisi in foveam
In iudicio id est confessionis ma-
xime requiritur discretio confessoris
ut sciat discernere inter lepram
et lepram Levitici xiiio et
appendere peccatum sicut est appendendum
non secundum proprium caput sed secundum
statuta sanctorum patrum. Duodecimo
[illegible] Non afferas stateras
dolosas diversas sed [illegible]
leve sed afferas divinam

stateram misericordie sue sciens ut
in ea quid sit grave quid le-
ve appendat. / Unde dicit Bo-
naventura in quodam sermone: Sacra-
mentum confessionis maxime
est institutum ad peccatorum [illegible]
[illegible] adquirendum. Et sicut index
in causis criminalibus quanto [illegible]
[illegible] indiget et patronis qui
periti sint in iure ut possit
[illegible] [illegible] [illegible] ita
et multomagis debet esse
in spiritualibus et ideo expedit
est sacerdoti sua peccata revelare
qui de intrinsecis eius possit
sanum consilium dare. Unde quod
eligendus est sacerdos doctus
qui tibi consilium sciat dare.
Non in [illegible] quibus si licet
plebanum vel confessorem mu-
tare non quis magis [illegible]
reddas per obedientiam [illegible]
[illegible] quod quilibet debet esse
sollicitus de salute anime
sue et querere medicum
meliorem [illegible] [illegible] [illegible]
Duodecimo debet esse frequens
[illegible] licet statutum ecclesie sit
quod quilibet confiteatur semel in
anno circa pascha. Tamen per hoc
non datur licentia manendi in
peccato usque ad horam illam
sed tantum ecclesia [illegible] ne [illegible]
[illegible] ingressum ecclesie vel
sepulture [illegible] anno [illegible]
[illegible] anno. Tenetur in peccato con-
teri frequenter [illegible] [illegible] opportu-
nitatem et [illegible] [illegible]. Ita quilibet
tenetur esse in tali statu in quo [illegible]
agat et peccatum suum remittatur
[illegible] sicut [illegible] qui
[illegible] aliquem [illegible] Augustinus
[illegible] Tenetur etiam quilibet confi-
teri [illegible] in xl [illegible] quod [illegible]
[illegible] primo [illegible] sacramenti

quando vult communicare. Item tempore
periculi mortis. 3° tempore conscientie qui
dictat [illegible] esse confitendum. Item tempore
dubii ut si non speret se [illegible] ha-
bere confessorem quem nunc habet [illegible]
[illegible] / sic etiam potest differre confes-
sionem si speret tempus devotionis
vel credit habere discretiorem confesso-
rem quem expectat. Tredecimo debet
esse secreta sive sint peccata occulta
sive manifesta quia debet esse in
secreto secundum Glossam. Et hec tam quo-
ad confitentem quam quo ad confessorem.
Quartodecimo debet esse accusans ne
excuset se [illegible] ut patet supra. Quin-
todecimo debet esse festina. Unde [illegible]:
ne tardes converti ad dominum. Sexde-
cimo debet esse parata ad obedientiam
sacerdoti [illegible]. Unde dicit Bonaventura:
peccat mortaliter qui non adquiescit [illegible]
[illegible] confessioni. Iste sunt conditio-
nes bone confessionis quas confi-
tens debet servare. / De 3° scilicet de
utilitate confessionis. Licet eius utili-
tas [illegible] non potest homo
melius [illegible] defectus evadere
quam si se deo offerat in confessi-
one. Eo quod ut dicit Augustinus in libro
de penitentia: Confessio est salus animarum
dissipatrix viciorum restauratrix
virtutum. Et quod plura obstruit
ostium inferni portas aperit paradisi
quod satis bene ostenditur in
isto homine qui et demonium habuit
et mutus fuit / qui ut evaderet
ad Christum confugit [illegible] ita
curatus ut et demonium exiret et
mutus loqueretur [illegible]
quilibet [illegible] putabitur in confessione
sepius isto tempore [illegible] [illegible]
a culpa liberabitur et ad laudes
dei reparabitur. Tunc de sermone
Dominica tercia. Et [illegible] in [illegible] [illegible]

confessio / [illegible] debet esse / in secreto

[illegible] de confessio

Tangit tria pertinentia scilicet satis-
factio operis divine indignationis
placativa cum dicit et ad mirabile
sunt turbe. Inter alia dei innabi-
lia satis est admirabile videre hominem
a peccato ad dominum conversum cum ut sit
de filio diaboli factus filius dei in-
mirabilius est videre talem satisfactorem
quam peccatis contra naturam delectabilia
appetere tristia et penalia. Mag-
gis est admiratio gloriose vidente
desperatos seculorum occupacionem
sequi satisfaccionem et tribulacionem in confessio 2m
Luce. Et ideo multo satisfactio operis
voluntarie pro peccatis assumpta in-
ducit stuporem et admiracionem de
qua dicitur in themate quod admira-
te sunt turbe scilicet sicut cum quis peccator
dolet in confessione lacrimatur contritus
se et bonis operibus insudat in
satisfactione. Rogo non quod
quilibet attendere ad sacramentum penitentie
debet ita scilicet haberi. Primo propositum
obediendi suo confessori in omnibus
Secundo propositum non peccandi. 3o pro-
positum non solum dimittendi mala
sed et operandi bona. Quarto pro-
positum satisfaciendi quia satisfactio
est pars penitentie iuxta illud psalmi Cum
ego in flagella paratus sum. Ista autem
satisfactio consistit in tribus scilicet in
ieiunio oracione et elemosina
Nam ut dicit Ieronimus ieiunio
curantur peccata carnis. oracione
peccata mentis. elemosina peccata
cupiditatis. Tamen quodque eorum est in modo
aut est contraria carnis. contraria
oculorum aut superbia vite. Io. 1.
Ideo ita dicunt de ieiunia sat-
isfactoria quibus placaretur divina
offensa. Primo licet requirit ieiunium
scilicet videmus quod infirmis non
datur caro dura sive grossa
nec vinum inebrians sed datur cibus
sanus et dicta scilicet panis et aqua
sic infirmus spiritualiter maxime
infirmitatibus peccato carnis dandum
est ieiunium et tibi parcitas ut
in quo peccaverunt puniantur. Sapientie
xi. Per que quis peccat per hec et torquetur ad Ephe-
sios v. Nolite inebriari vino in quo est
luxuria. Et salvator Luce xxi dicit
dicit vobis ne forte graventur
corpora vestra crapula et ebrie-
tate. Tamen videmus quod infirmus de
quibus desperatur omnia conceduntur deli-
cata. illis vero de quibus est spes
subtrahuntur. Sic facit deus peccatoribus
non cum eis imponitur per sacerdotes in
confessione abstinencia ciborum delec-
tabilium signum est quod ipse vult
eos sanare. Iohel ii. Convertimini
ad me in toto corde vestro in
ieiunio et fletu et sequitur quis
scit si convertatur et ignoscat deus
Sed certe in hac abstinencia multi
decipiuntur. Nam quidam abstinent
a carnibus sed loco carnis preparant
cibos ita delicata quod sunt et diffi-
ciliores preparacionis et precii maioris
et multum peccant et errant. Unde
dicit Augustinus in sermone de Adventu
Non est hec sincera abstinencia
sed mutare luxurias. Alii sunt qui
et si abstinent a carnibus et
delicatis piscibus tamen stomachum
onerant vilibus leguminibus ut et
ad illicita provocantur. Ut dicit Ieronimus
in epistola ad Eustochium. Alii sunt
qui per abstinenciam carnis ita
corpus debilitant ut post ea ad
opera bona attendere reddet in-
habiles et hec est fatuitas cum
non caro sit extinguenda sed vicia
reprimenda in Gregorius xxx Moralium
Sed an peccat mortaliter qui sic
a abstinencia infirmitatem incurrit
Dicit sanctus Augustinus in glossa super epistolam
ad Titum in [illegible] deus vult sic [illegible]
[illegible] ut non nimis debilitetur
set ne per ea mediocrem suffra-
gia reprimatur. Cum hoc tamen stat
quod [illegible] ieiunando se debilitet

peccator loquitur 2 s.

attendere ad penitentiam

peccatum carnis

peccatum cordis

et infirmitates mereatur, vel faciunt
contra voluntatem dei quia non natu
raliter inferunt debilitatem sed
lesionem. Unde theologus secundum Borra
ubi non peccat dum in debitum
modum non excedunt. Et ergo Grego
rius abstinentiam reprobat. Vere
est si sit in quantitate facta vel
si sit nimia. Ro. xii. rationabile
sit obsequium vestrum. Bern. et
alii perceptores qui licet a cibis
abstinent non tamen a viciis immo
mens eorum inflata est superbia
odio ira etc. Contra quos dicit Ieronimus
Enim virtus licet vinum non bi
berit ira tamen et odio inebriatur.
Tales similes sunt demonibus quibus
cibus abest et culpa adest
secundum Ieronimum super Amos. Tertio ad
satisfactionem penitentie requiritur
elemosina que debetur ab omnibus
qui avaricia peccaverunt ut sic
illicite congregata licite expendat
et de mamona iniquitatis facia
at sibi amicos Luce xvi.
Unde de Thobie iiii. Elemosina
ab omni peccato et morte liberat
et non patitur animam ire in tene
bras. Sed sciendum quod non de omnibus
illicite acquisitis facienda est
elemosina, sed solum de hiis que
non tenetur quis restituere sicut sunt a
que quis lucratus est diebus festi
vis laborando vel ludendo quesi
verit vel nimia cupiditate et
avaricia studii ductus vel
aliis fraudibus. Ricius primus
tamen ad restitutionem non faciat
elemosinam sed omnia restitu
at male ablata ut Zacheus
quadruplum quod fraude reddens
Luce xix. Tertio ad satisfac
tionem requiritur oratio debita que
debetur superbis ut in spiritu humi
litatis suscipiantur ad veniam.
Oro. ii. secundum Damascenum est
ascensus ad deum elevatio. Sicut ergo
superbia causa erecta erat que

oratio debetur superbis

dum sic humiliata deo christum an
dedit et inclinat ad placandum eum
exigenda. Cum autem penitens
vere orat cum sensum quia pul
mus sit humilis videat qui nil
et virtus faciunt. qui bona que
agit esse de sua gratia adiutore agi
scit. Primo autem in textu de
eo immundus spiritus exiit. Notandum
quod cum immundus spiritus divina virtute
exiit ab homine quia non potest
stabilire maliciam suam, et do
let quod expulsus est. Et. reversus
in domum unde exivit. Ubi notandum
quod cum hominem aliquando eiectus est
ad aliquid inducere quod eum vult
sed possidet, assumit septem
spiritus nequiores se et ingressi
habitant ibi. Exemplo habetur quod demo
nes non sunt in malicia discordes
nec se mutuo impediunt vel se
mutuo expellunt, sed sunt concor
des et conveniunt in hominum seduc
tione. Alias enim non staret regnum
eorum sed sic divisio desolaretur.
Non ergo sunt sibi invicem contrarii
a quo in uno corpore multi se
appariunt. Unde legio demonum
erat in uno homine, a quo xpc eos
expellens permisit intrare por
cos. Gregorius tamen quod sicut demones
sunt in naturalibus ab invicem
perfecte distincti sicut et angeli
boni secundum doctores. sic etiam in
maliciis et astuciis sunt ma
xime diversificati. Et quod sunt
superbissimi et inter superbos semper
sunt iurgia Prov. xiii. Ideo
non est credendum quod ad invicem
habeant aliquam benevolentiam
vel aliquam pacem, immo quicquid est
ex invidia eorum ad invicem
unde habent aliquam ut se
concordiam vel ordinem vel placam
dicit tamen Thomas in scripto senten
tiarum demones agunt ordo

demones in astuciis

Nam ex quo quidam sunt aliis supe-
riores potestate vel non fuisset nam
superior et inter ista superioritas
et inferioritas est inter eos. Unde
paulus ad Ephe. ult. vocat
quosdam principatus alios pote-
states alios rectores tenebrarum
horum et potestas est demonum
a deo ad puniendum dampnatos et
exercendum iustos. Sequitur quod sit
ordinata. Nam omnis potestas est
a deo et que sunt talis ordinata
ad Rom. xiii. Ergo sunt gradus
prelacionis inter eos. Etiam ipse
est eorum rex super omnes filios su-
perbie. Job xli. Nunc
hominibus una capitales ideo
ut magis possent hominibus nocere
concordant admittere. Cum enim
impugnatores ordinat et orde-
nare ex ipso sanctos efficitur
ad peccandum male ergo iste ipse
obiciebat quod in principe demonum
eiciebat demonia. Quod non est
in eis adhuc principatus ut hi
qui sunt superiores habent pote-
statem aliis acceder ab hominum
vexacione. Quod hec potestas est eis
et ab ipso alius comitata sed
in eis presidencia solum ad magis
homines impugnandos. De Alberto
de hallis est demonibus sicut
demonibus. Sic inter terrenos unus
post plures ut in isto talis
diversitas et hoc est a parte dei
potestas est inter eos esse volun-
taria subiectio. Sic enim inordi-
natus unus maiori subicitur
ut deterius laborat contrares
sic est in demonibus a parte mali
et propter hoc etiam ex ipso respicit de-
mones unum superiorem ut luciferum
in malicia voluntate consentit
te divina et iusticie ordinatio
est ut ei in pena subesset sic
reget quasi tamquam admittens ad

puniendum. Hec ergo subiectione
durat regnum demonum. Non item ex
potestate belzebub eiciebat
ut falso se asserebant iudei
demonia. Nos igitur tales phari-
seos blasphemia contempnentes
omnes christo astabamus cum
marcella que famula fuit
marthe. Hec infamiam sustinere
non valens ex omnibus cordibus
lacrimis confessionem ore exprimens
satisfactionem summam operatam
adhibentes laudemus christum
dicentes Beatus venter qui te
portavit. Ipse autem si dixerimus
sicut patribus dicet nobis. Beati
qui audiunt verbum dei et custo-
diunt. Luce. xi. Ergo vos de hac gratia
tandem gloriam in regno celorum
consequemini. Cum regem presens
faciat nos ihesus christus qui est
benedictus in secula seculorum. Ame-
n.

Audete cum leticia quam in tristicia sunt. Ysaie ult.

Unigenitus dei filius deo patri coequalis
pro sua immutabili essencia
manere se vera non veniret
impassibile. Sicut nobis vitam
et leticiam sempiternam donaret
et ut nos per culpam a se procul abie-
cta elongatos ad se reduceret
non sic olim apud iudeorum
populum dure rigore iusticie
debebat modicum est clemencie
sic admittebat quam pena
mox esset sepelieba, quibus
populus vivos terra deglutiebat
quibusdam flamme de celo incendio
consumebat. Alii manibus
infidelium acrocissime occidebant.
Alii sepulchra castheminis
vindicti in potestate hostium
captivi ducebantur. Ideo

pro oculo dentis pro dente amaram
et amara iubebat ex olim / ita
quod nunc ut modica pene venia
laxabatur a crimine quamobrem
nunc cor synagoga nominibus
dei timore vehementer inquie-
tibus utebatur Nunc autem die-
bus nostris noster rigor abstrictus
est et austeritas legis temperatur
gratia a deo ut nostros reatus
non subita et repentina sen-
tencia / ut supplicium scelus con-
mittens / sed ultro nobis venia
offertur et pax ac emenda-
cionis spacio premisso differtur
vindicta / ymo ad pacis fla-
gellis prime iocundissime insti-
gantur / dicit deo per Ezechi-
elem convertimini et agite pe-
nitenciam ab omnibus iniquitati-
bus vestris et non erit vobis
in ruinam iniquitas proi-
cite a vobis omnes prevaricaciones
vestras in quibus prevaricati estis
et facite vobis cor novum
et spiritum novum / Nolo enim
mortem morientis sed ut convertatur
et vivat sed per primam ipsa-
rum prima hec tabula post
naufragium dicitur ad quam nau-
fragantes post mortem petivi
sit recurrere quamdiu est in sta-
tu presentis vite currenti et
currentibus voluerit divinam
clemenciam implorare. Verum
quia corpus quamdiu fragile et
corruptibile est minimo labo-
re et minima fatigacione et
assidua penali tristicia defi-
cit nisi ipsum quibusdam aliquod
recreacionis remedium atque
solamine relevatur Ideo in-
vocavit. quod certe alterna
requie durabile non est ut
ait Ysaias Catho Cui quin

perfectius inter sanctitatibus vivis
et Seneca dicit Non est in actu
sed in mente animo tuo requiem
dato Et requies ipsa plena sit
sapiencia studiis et bonis cogitacio-
nibus Non tamen absque suavissima
et iocundissima nostra vita in terris
militantis ecclesie superne matris
celice regnantis immensa contemplacio
gaudia et relevandos et consolandos
filios suos iam nimium fati-
gatos atque instancia penali plurimum
afflictos. Prius enim tristis cantat
ecclesia secundum Sapientem Sed hodie
in missa voce iocundissima suavis-
sima quasi armonia pro nostra spirituali
consolacione verba nostri thematis propo-
siti dulcissima intonuit dicens
Gaudete cum leticia qui in
tristicia fuistis / Verum quia secundum Bern.
duplex est gaudium sine leticia /
Scilicet inordinata mundialis
carnalis momentanea vana
damnata plurimum quasi detestanda / quia
gaudent homines mundani seculi
sapientes amatores seculi qui licet
ore velint quasi sint in celo corpus
tamen in limo terre mundi oneroso terre
plantati sunt qui cum pharaone
deliciarum fluctibus immersi non
aspirant cum populo dei ad gaudia
superne celestis / Et licet inor-
dinata leticia gaudent et letantur
homines perversi in adulacionibus
detractionibus mendaciis deceptionibus
susurracionibus ceteris quasi innumeris
maliciis De quibus scribitur prov. 2
letantur cum male fecerint et
exultant in rebus pessimis. hac
eciam leticia crapulosi luxu-
riosi et vani gaudere solent in
deliciis ac voluptatibus in lusibus
et vanitatibus qui habent suas
consolaciones in divitiis honoribus
potibus comessacionibus convivüs

Epulis et vanis qui sumunt
tympanum, citharam et gaudent
organum ducunt et in bonis
dies suos. Et ut ait Job s.
in puncto ad inferna descendunt.
Verbi gratia dives epulo qui indue-
batur purpura et bysso et epula-
batur quotidie splendide et
sepultus est in inferno magis non
letitia sed fletus et stridor de-
ntium sequitur et horror inhabi-
tat / Hanc ergo inordinatam leti-
ciam momentaneam et transitoriam de-
testantes, sectemur ordinatam et
ad illam qua iusti letantur in
domino et exultant totis viribus
appetere. Est ergo alia letitia or-
dinata qua in penitentiam complec-
ti quevis qua iusti in sanctis operibus
et virtuosis gaudent et letantur
ut vigiliis in fame siti, nuditate
ieiuniis vigiliis ac pene au-
steritate in tribulationibus continue-
libus et persecutionibus / Persecutiones
omnis qui pie vivere volunt in
Christo persecutiones patiuntur / ut ait
Apostolus ad Thimo. Sic enim et beati
apostoli ibant a conspectu concilii
quoniam digni habiti sunt pro nomine
Jesu contumeliam pati. Unde
quasi letitie fructum attendens
sanctus Paulus in quodam sermone dicit
Tribulatio mea prorsus est via
glorie, via celestis civitatis et
regni. Utilis tribulatio que
peccatorem corrigit et ducit ad
celeste regnum. Omne gaudium
existimate cum in varias tribu-
lationes incideritis. Res cum
nectia tribulatio que in gloria
vertitur, tristitia que in gaudium
vertitur, gaudium sane longum quod
non tollitur a nobis, gaudium in
multis, gaudium plenum. Gloriemur
ergo in tribulationibus in eo in spe
glorie, immo ipsa gloria continetur
sicut spes fructus in semine. Hanc
habet letitiam sanctus qua repletus
erat apostolus cum dicebat: gaude-
te sicut mihi vos in omni tribu-
lationibus gaudio et manifestatione
sancto abundantes. Sancto ergo pena-
am pati et tamen omnibus divina
fecta sunt, qui et suadet gaudere
in domino semper et nil sollicitos
esse et tamen qui tristes sunt aut
gaudentes / Hac et ordinata
letitia gaudebat Abacuk
propheta dicens: Ego autem in domino
gaudebo et exultabo in
deo Jesu meo. Et psalmista: Cor
meum et caro mea exulta-
verunt in deum vivum. Hinc dicitur
sunt in contemplatione divina
gratia illustrati et mentes sanctorum
dulcedine repleta sursum ele-
vantur, tremens rebus despectis
instar tote cum quies roe
repleta et obstructa sic potius
ad fundum solem sursum abit.
Augustinus ergo consequenter letitiam
hoc dictat: Letitia mea nostra
spiritualis gaudentem cum letitia
sua in tristitia sunt. Sunt autem
due res quas tangit prime
sermonis peccatoris anima consideratio
revelat potest a dolore
penali ipsum et patiens. Sufficit
Nam dicit Gregorius: consideratio
ipsum diminuit vim flagelli
pena est ante fidei grata
pena in filia dei pro gloria de-
ceptionem adeptio. Gratia et con-
iunctio promissio pro glorie col-
lectionem. Pena respicit penitentiam
terras et peccata sua deflectens
quibus confertur gratia quam in filiis

dei adoptantur. sed a eosdem
etiam gaudiosiores eo festis
dicit eterna leticia perfruentur
prima est materia. secunda consequenter
proxima in nocturna historia ho-
dierne die commemoratur. secunda pars
eorundem animarum qua hodie
offert in publicum sinus pon-
tifex allegorice sicut. Gaude-
te vos fideles et exultate in
deo ut vos convertit et pro mal
dolor assiduus. Quemadmodum
enim dominus eduxit israel de egyp-
to furore pharaonis per manum
moysi et aaron precedente
columna ignis et nubis. Ita
eterne est hodie salutaris eripit
animas fideles de tenebris vicio-
rum demonis pharaonis. nam ante-
quam hostia dei salutaris prima
consumitur et per demonium saro
affligitur. Est enim remedium sicut
Ambrosius. mortis culpe delictorum
expiandi salutis remedium quod
non solum est abolitio peccatorum. sed
exstirpatio viciorum. Non solum
obtinet veniam. sed etiam meretur
gratiam Tuo insuper et salutaris
elemosine largitur elemosina
nempe Teste Thobia ab omni
peccato et a morte liberat.
et non patitur animam ire in te-
nebras. quinimmo eam illuminet
in presenti lumine gratie et in futuro
lumine glorie. Id testatur ysaias.
Cum effuderis animam tuam esu-
rienti scilicet per confessionem et animam
afflictam impleveris scilicet per be-
neficiorum largitionem. orietur in tene-
bris lux tua. id est lux gratie ad
effugandas tenebras viciorum
et tenebre tue erunt sicut
meridies quia peccata operie-
bantur in bonis et rase dabitur

Dominus deus tuus semper et imple-
bit splendoribus animam tuam
et ossa tua liberabit. Tercio sicut
cum devotis orationibus meditatio-
nibus contemplationibus suspiriis
lacrimis et gemitibus divinam
gratiam implorabit. quemadmodum enim nunquam
ploratus passus est repulsam. Eze-
chias namque de morte divinitus
assecutus est gratiam ad lacrimas
desperatus vite misericordiam impetrat
augmentum. Quid peccata sunt
aliud in maria peccatrice quam
lacrimarum effusio ex quarum effu-
sione fiduciam accepit ad
christum accedendi. petrus quoque ex
negatione separatum inhabilis per
lacrimas revelatur. hoc testatur
et prima Thobie iii. Sara filia
Raguelis orabat ad dominum et
dixit. hoc certe pro certo omnis qui
colit te quod si in tribulatione
fuerit ad misericordiam tuam venire
liberabit. non enim delectaris
in perdicionibus nostris quia post tempes-
tatem tranquillum facis et post
lacrimationem et fletum exulta-
tionem infundis. Talibus quidem
sacrificiis placatur deus. anima
peccatrix cum deo reconciliatur
peccata delentur et gratia confertur
quam tibi deus non ex aqua na-
turale sed spontanea contritione quam
voluntate ac libertate arbitrio
anime infundit. O ingens lau-
danda divina clementia que
tantam dedit potestatem tantam no-
bilitatem tantam perfectionem contulit
fidelibus penitentibus ut de pecca-
toribus filii dei efficiantur. Gaude-
te cum leticia de tanto domino
omnibus hominibus concesso quia
non solum vitam dedit nobis
non solum ut possemus gaudere
bene vivere sed etiam filii dei per

gratiam et consedebis vobis Gaudete
in longum vos fideles et exultate
in deo nostro quia dedit vobis doctorem
spiritualis iusticie. Ro. 11 sicut gra-
cie passiones huius temporis ad
futuram gloriam que revelabitur
in nobis. Secundo gaudium gloriam
anima fidelis a peccato liberata gratia
quoque regenerata et vivificata be-
atitudine efficitur sponsa vel filia patris
eterni effecta salubriter comprehen-
derit in ista supercelesti Jerusalem
in qua facie ad faciem hoc est
nude et sine velamine videbit
et intuebitur illum in quo tota salus
nostra consistit quem nunc per speculum
et in enigmate contemplatur ad
quam visionem perducat nos Ihesus
christus qui est benedictus in secula Amen

Abiit iesus trans mare
Galilee Johannis vi[o]

Toto officio hodie dicitur de Innocentia et gaudiosa
et consolatoria vnde causa in introitu
misse letare Jerusalem. s. quia cras
in cena facite conventum. s. qui
estis in multiplici depressione
gaudete cum leticia scilicet iocundi-
tatem qui fuistis in tristicia merore
et multiplici Anxietate. Omnes
scilicet qui diligitis Jerusalem gau-
dentem. Primo ad hoc ut deus
in collecta quia diligentes nunc ad
consolationem gratie respirare quod prius
ad merito nostre actionibus affligebatur.
Secundo ad hoc sicut dicitur in epistola quia
ista quod erat sterilis iam multiplicauit
suos filios quia ista que habent vir-
tutem. Tercio ad hoc quia filii illius qui vir-
tutem erant et illius que erat
sterilis in domo manent, in eternum.
Quarto ad hoc quia nunc sumus filii
libere non ancille qua libertate
scilicet ista qua christus nos liberauit

Quinto ad hoc quia christus qui vere
libertate docet homines facere
miracula et sequntur eum multitudo
maxima sicut dicitur in evangelio et
ducit eos trans mare et desertum
in montem vbi sedet ipse cum disci-
pulis suis et cenat secundum multum
in quo distribueret. In quibus enim
omnibus signaliter exprimitur li-
bertatis de qua dicitur christus Johannis
viij. Si filius vos liberauerit
vere liberi eritis et veritas
cognoscat et veritas liberabit
vos. Secundum naturam ut esse liberi
a viciis que nunc homines
subiciunt servituti. Johannis viij. Jo-
hannis viij. Quia omnis qui facit peccatum servus est
peccati. Audiat vero vestra quod ista
purificata a peccatis Johannis xv. Jo-
hannis xv. Jam vos mundi estis propter
sermonem meum. Secundum ut esse
liber a concupiscentiis carnalita-
tis in furiam in vero miracula quia
ista verba spiritum sequitur. Tercio
ut transire trans mare Galilee
id est euadere multitudinem huius
mundi que magnis mergit
sequela id est mundum sicut quod multi de sequi-
batur. Secundum mundum sicut dicitur super
Ezechielem. Seculum quia transcuntibus
que mundi sunt totaliter consistit
in vero sequela Christo per
mare et desertum vadit in
montem excelsum ad standum
quia qui per opera sua velut transire
per vbi nunc ad aliquem multitudinem
vite ostendit eum deserere quia
inquinatur illaqueare et con-
tinuat transire mare desertum
Nec timendum ne deficere con-
qui videt indigentias
nostras deus vnde emere pa-
nes ut manducent hij in
quam deus venit Ego videbit
multum secundum id est cognoscere se
fuisse secundum id est terrenum quia

fenum oritur de terra fragile in
instabilez et labile sic fenum
Ysa. xl. Omnis caro
fenum et omnis gloria eius quasi
flos agri exsiccatum est fenum
et cecidit flos Nam sicut
fenum quod hodie crescit in
cras arescit et in clibanum
mittitur sic homo de terra oritur
et in terram revertitur de terra
nascitur in carne floret
in prosperitatibus fortune viget
et in morte arescit Unde
Iacobus est homo res fragi
lis et durans tempore breui
est in mundo sicut flos quod crescit
in aruo flos intrat ab
scit sic homo omnis erit/
Et Gregorius in omelia de gracie
dicit Quia fenum pecus non est
sed fuit illi qui ea que hodie
solempni nostro tripharto ans
celebramus: Quia carnalia et carna
de remissione mente pecoris cogi
tabatur. Sed surrexerunt mort
autem in vita sua in quibus
quam sentire noluerunt et circa
simul temporalia que congregata
que stabilitur tenere videbatur
amiserunt. Nonne ergo fenum
fuerit et ergo cogitare hec
fragilitate/ et instabilitate
mecum sedendum est per commoda
tribulationem expectando Christi
resurrectionem Et Beda/
nouem maxime gaudendi
quoniam ad hec quod Christus deli
catoribus cibis nos reficit
quos iudeos reficiebat Iudaici
namque qui solum ad temporales
remissiones aspiciebat quod
non voluit et audientis
me bona terre comedetis
quod iudei sitiant in quibus mihi

terrena sunt quibus seruus exteriores
vinebat cibauit ex quinque
panibus ordeaceis et duobus
piscibus datis per puerum et hodie
in monte quod iudeos cibauit
legem/ data per moysen qui pre
cat quod in se pura et puros
instruebat/ que quidem lex
consistebat in quinque libris moysi
et duabus tabulis in quibus
continebantur precepta. Sed enim
omnia data fuerunt iudeis a
deo in monte legem per nobis fuit
reseruata fragmenta/ non enim putandum
quod iudei illos quinque panes et
duos pisces tota comedissent
id est legem et precepta Ipsi enim so
utebantur de corporalibus id est de duris
et exterioribus legis. nobis autem re
manserunt fragmenta id est interiora
legis et spiritualia que Christus precepit
apostolis colligere per meam resta
tionem ut dicit est id Cananee
dicens. Nam et catelli edunt de
Ideo illos vtraque vetus et noua
a deo est et vtraque bona/ vtraque
data est in refectionem/ vtraque ducit
ad salutem Nunc innuem quod Christus
iudeos per manus apostolorum cibat
ordeaceis panibus quod vt informa
mabat eos ex spiritu veteris legis
quod non venit legem soluere sed implere
et ipse erat vnus circumcisus et
omnia legalia obseruabat. Predi
cabat ergo Christus legem sed iudeos
ducebat vltra legem Unde illud
Matthei v. Nisi abundauerit iusti
cia vestra et cetera quod perfecta est sunt
duria et solum carnalia capiebat
lo dicens exteriori corporis eos cibi
bat. interiora autem illorum panum
fragmenta hec est spiritualia pro
nobis reseruauit/ Lex ergo vetus est
carnalis lex noua spiritualis/ Iudei
solum aspiciebat ad exteriora

Nos pung' ad meliora Dt Greg
sr Ezech Vetus testamentum sine
mutacōn nō mansit. q in eo spi
ritualis intelligēcia nō fuit. s cū lex
tor in vet in mel hec spual se
intelligi quod carnalit inveīt
tenēt. Testamenta quod hec et si
sint distincta tēpibꝫ tamen unita
sunt sensibus. qd em lex pdicat
hec ewn̄ exhibet quod lex
occulte nūciat hec ewn̄ apte
clamat. Vn novum ē expōo
veteris. vetus ē qsi umbra nova
veritas clara. vetus ē pfecta nova
pfectior Vn xp̄c dixit Math
v°. Audistis quia dictū est
antiquis. non mechaberis. Ego
aūt dico vobis qui viderit mulierē
ad concupiscendū eā iam mechatus ē
eā in corde. Cū i° dr̄ nō me
chaberis cortex ē q sm̄ opus
exteriū exhibet. cū vero dicit
mulierē nō ē inspiciendā ad
concupiscendū intrinsecū ē qd latebat
Similiter cū dr̄ nō occides cortex
ē. s cū dr̄ nō irasci qsi frangme
nō cadit a cortice. Illa i° vetus
ē bona et sancta s nova validi
or. suscipit enī vetus diligere amicū
nova et inimicū. Dt b. Ambr
lex vetus data ē ad correctōn
et ad peccatorū ostensionē. nova
ad dilectōn et peccatorū remissionē
Quodiam igitur nobis ē mutē
conde a hore primeria. corpaliter
nō occidere. corpalr nō mechari
man nō furari ore falsū testimoniū
nō loqui. Aut alienā rem
nō concupiscere. q h omnia erat
cortex legis. s oz ut intellectū
maiorē legis impleam⁹. Ita nō
in solo pane vivit homo. nō n
io sumus creati ut hos panes
materiales comedamus s ut

divinā voluntatē facientes ad
plenā scōrie celi venire⁹ Vn
dr̄ apl̄us sive comedit⁹ sive
bibit⁹ sive quid facit⁹ omnia
in dei gloriā facite. Vult enī
deus in omnibus opibus nr̄is ho
norificari. Istam voluntatē facim⁹
qua quotidie petim⁹ dicentes
fiat voluntas tua sicut in celo
et in terra. i. sicut in angelis sit
in nobis. Sic enī angeli in
omnibus divinā faciunt volunta
tē et ea replent. sic et nos hujus
repletōn querere debem⁹. De
qua in ps°. pane angelorū ma
ducabit homo. Angeli sancti sive
deo assistunt sive ad nos mit
tunt⁹ sive nos custodiunt sive
ad deū revertunt⁹ q invenerit
spectm dīne volunt et in
hec operant⁹ sic et nos facere
debem⁹. Speculū aūt dīne vo
lunt ē lex dñe scripturarū. In
illis enī videm⁹ quid deus vult
a nobis. qd precipiat et quid
prohibeat. In lege i° aspiciam⁹
sententiā illius meditem⁹ qnē
enī eā oms actus nros for
mare⁹ et ut pane sustē
tem⁹ vitā spūale qtinue in
ea regnam⁹ ut ad eā pvenire
valeam⁹ ad eam saciētatē
mite eterne quā nobis prestare
dignet⁹ deus qui ē benedictus
in scl̄a. Amen

Quis ex vobis arguet me de peccato Jo viii°

Dominica vocatur
de passione dñi nr̄i jesu xp̄i.
nō q hec sancta sit s p re
suscitacōn lazari que facta fuerat
feria sexta precedenti. multi iudeorum
qui venerant de Jhrlm in

Bethaniam ad mariam magda
lenam et martham videntes
quod ihesus lazarum suscitatum re
diderit in eum Iohannis xi° Quidam
autem ex ipsis abierunt ad phariseos
et dixerunt eis que fecit ihesus
sine pro studio ut et ipsi re
derent sine gratia attendendi ut
magis contra eum deserviret(?)
ut dicit Remigius. Sed audientes
pontifices et pharisei in crastino
collegerunt concilium et tractabant
an ihesum deberent occidere vel
ab eius persecucione desistere
Tandem audita voce Caiphe
dicentis expedit unum hominem
mori pro populo, concluserunt ut inter
ficerent. Et ideo festum istud etiam ca
pro toto officio de passione usque
ad pascha, quod est completa i:
cipit sanctis fidelibus intimare
nam quod in omnibus que hiis diebus
leguntur ac cantantur fit mencio
de christi passione et sanguinis
effusione quem abundanter
effudit pro nostra redempcione
unde heu cantamus in vesperis.
Circumdederunt me viri mendaces
sine causa flagellis ceciderunt
me. et item. Vexilla regis
prodeunt fulget crucis misterium quo
carne carnis conditor suspensus
est patibulo. Secundo inchoatur
in sua unccione dicto lazaro. et
Et fit etiam istarum passionis
anunciacionis tam longa et continua
ad quindecim(?) multas causas. Primo ut
in hoc se conformet moribus
patrum antiquorum qui mortem
suorum patrum ac benefactorum multis
diebus deflebant / Christus autem sunt
maior sanctitate, dignitate et potestate
quam unctis(?) aliquis alius in hac
vita ideo mortem eius deflere
deberemus non solum xiiii diebus

sed et omnibus diebus vite nostre /
Quia fleta iste non potest esse diu pro
eius morte / quia cito sequitur gau
dium resurreccionis. ideo sufficit in
saltem xiiii diebus Secundo ut sic
ut illi qui per totum annum meditantur non
passionem christi saltem modo mederentur(?)
quando totiens eam audiunt recitari
nam ut recordacio eius est utile
propter multa. Primo quia homines inflam
mat ad amorem dei Bernardus super
Cantica. Super omnia te pie ihesu
reddit amabilem calix quem bibisti
sti pro me. Secundo valet ad remissionem
peccatorum. Figura de serpente eneo
quem qui aspiciebant a morsibus
serpentum ignitorum sanabantur Augu
stinus Johannis. Sicut ut a serpentibus sane
in deserto exstiterunt(?) inspiciantes qui q
aspiciebant serpentem non peribant,
sic qui fide aspiciunt mortem christi
sanantur a morsibus peccatorum. Tercio
provocat ad agendam penitenciam ut
illi qui forte non dum assumpserunt
crucem penitencie saltem audito quod dominus
noster ihesus christus mortuus est in cruce
pro abluendis nostris peccatis festinent
assumere crucem penitencie ut a peccatis
suis emundentur. Quarto meditacio
passionis christi insinuat nobis abundan
ciam divine misericordie demonstrat
viam eundi in regnum celorum. dulco
rat amaritudines penitencie. generat in
nobis timorem dei. informat
nos ad servandum humilitatem. pacienciam
et persecucionem. incitat nos ad
serviendum deo in ardoribus et ma
gnis cum ipse tantum dominus servivit
nobis serviens. invido(?) certificat nos
quod magna sit gloria regni celestis
pro qua adquirenda passus est tam
gravia tormenta. Et quod christus passus
est pro nobis multa vera continuacio
sa et asperiora verba. Ideo

scripturam mctam sine passionis
per duas ebdomadas / de pas
sione gemmebat et obsequi
orum agitur usque ad dominicam pal
marum. Et inde vero de passione
plagarum vulnerum et mortis
usque ad dominicam pasce. Similiter
autem multa valde obprobriosa que
passus est ab inimicis et adversariis
suis sepe recitantur in evangelio. Ita
presenti autem evangelio tamen hodierno
Sabbato narratur quod eum dicebant
samaritanum et demonium
habentem etc. Unde primo Christus in
duo principaliter describit. Primo in
rad bonitatem salvatoris nostri quia
Secundo magnam perversitatem
iudeorum quam detestemur. De
primo de bonitate que innu
itur dicitur in isto evangelio. Primo
de eius innocentia et de eius
vite irreprehensibilitate sine peccato
in principio evangelii cum dicit Quis
ex vobis arguet me de peccato
Secundo ex doctrine veritate ibi Si ve
ritatem dico vobis quare non cre
ditis mihi. Tercio de eius humilitate
quod gloriam dei querebat non
suam ibi gloriam meam non quero
honorificio patrem meum. Quarto
de eius mansuetudine quod non
movebatur ad iracundiam sed a iniu
riis innumeris illata ibi ego demonium
non habeo / benignam collationem
Quinto de eius caritate quod quam
contumelia audita non desistit a
benigna collatione. unde dicit promissio
nem servans sermonem meum non
videbit mortem in
eternum. Sexto de eius benigna
prudentia qua sed et aliis de
periculo cavit quod eum tollentes
lapides ut in eum iacerent Ihesus
abscondit se et exivit de
templo. Similiter perversitas
magna iudeorum quam demum
detestari et se retinere. Primo
quod non ad quesitum veritatis ibi.
Quare non creditis mihi. Secundo quod
nec voluit eam audire ibi propter
ea vos non auditis quia ex deo
non estis. Tercio quod dicunt eum
habere demonium qui adhuc veneratur
ut eiceret demonia. Quarto quod
maledicentem quia Christo maledicentes
benedictionem asserunt ibi nonne
benedicimus quod Samaritanus
es / Quinto quod de benefacio pe
iores effecti sunt ibi nunc cog
novimus quod demonium habes. Sexto
quod salvatorem lapidare voluerunt
ibi tulerunt lapides iudei ut
iacerent in eum et in hoc peccatum
tota mors Christi. Circa quod sic
incipit / dixit Ihesus turbis
iudeorum / Quis ex vobis arguet
me de peccato q. d. nullus / Hec enim
est veritas catholica quod Christus est non
peccabilis propter unionem divine digni
tatis propter sacerdotium similiter propter
peccatum destructibilitate propter gratie
plenitudinem et immortalitatem ut
deducit Lyra in postilla.
Contumeliis enim iudei consilium sum
pserunt secrete quod eum vellet
interficere. sed Christum hoc non latuit
qui scit et cogitationes hominum
Et quod innocentes antequam sibi erat
iudicium parat(?) et plenius aperte
iudicium examinatum. Videns
in secreto iudeos in mortem
suam conspirasse / a petit ab eis
iudicium examinatorum ad ostendendum
suam innocentiam et iudeorum
malitiam et ad convincendum
eorum iudiciaria mini
sterium / quamvis non sponte pati

volunt. Volunt sibi innocentiam
suam omnibus esse notam nec quis
putaret quod ipsi sua peccata paterent
sicut ante dictum. Quis ex vobis
coram quibus palam docui et mira-
cula feci arguet i. reprehendet
me de peccato. Quasi diceret vos
me vultis interficere, ostendite pec-
catum pro quo hanc mortem merui
quod si non poteritis manifestum est
quod me innocentem iniuste occide-
tis. Consideremus secundo scilicet
salvatoris quod de nullo peccato potuit
convinci, nec enim de origi-
nali nec de actuali nec mortali
nec veniali. Ipse enim est sancto-
rum sanctorum qui per quem venit conse-
cratio meritorum. Ipse reparationis
in animas sanctas se transfert et
amicos dei et prophetas constituit
ut dicitur Sapientie vii°. Consideremus
tertio quantum (?) quod committit se discus-
sioni suorum inimicorum. Job xxxi
non contempsi subire iudicium
cum meis servis cum adversum me
disceptarent, nec expectat iudi-
cium amicorum suorum, sed malorum
et infidelium et inimicorum. Deuteronomio
xxxii° inimici nostri sunt iudices.
Certe magna fiducia iustitie est
ubi causa committitur et adversario
discutienda. Consideremus quarto
nullum nisi per tantam innocentiam
demonstrare ut dicat quis
ex vobis arguet me de peccato,
si i. nisi dixerimus quia peccatum non
habemus ipsi nos seducimus et
veritas in nobis non est. Johannis i.
Est igitur hec vox magne fidu-
cie et securitatis (?) cum nunquam homo hac
fiducia possit dicere nisi solus
ex quo peccatum non fecit. i. Petri ii°.
Augustinus libro de natura et gratia excep-
ta beata virgine si omnes sanctos et

sanctas cum viverent congregare possemus
et interrogare utrum essent sine peccato
quid responsuri fuisse putamus nisi quod
dicit Johannes. Nam et Augustinus sine
venialibus infirmitatibus quamvis homo
non potest. Item nullum vitium est tam
compositum (?) adversum spiritum (?). Sed hic potest
ipse volente ego velit nolit est peccatum
veniale. Gregorius in omelia. Perversus
scelestus manifeste mentes salvator veniat
peccata laxare et sibi dicebat quis
ex vobis arguet me. Non dedignatus
ex ratione ostendere se peccatorem non esse
qui ex virtute divinitatis poterat peccato-
res iustificare. Et in hoc nobis peccato-
ribus reliquit utile et intentia (?) doc-
trina ut non subterfugiamus secundum
iudicium aliorum in discussione pecca-
torum. Quoniam i. non laudabile sit quod
homo discutiat in se sua peccata sed
eius est vituperabile in causa discussi-
one secundum proprium sensum et iudicium
quod nunquam est bonus iudex in propria causa
propter nimium amorem quem gerit
ad se ipsum quam ad alium. Hinc beatus Gregorius
dicit: piarum mentium est ibi timere culpam
ubi non apparet culpa. Salubre est
igitur cuilibet quantumcumque perfecto in vita
vel scientia quod tunc in discussione suorum
peccatorum potius sequatur aliorum in-
dicium quam proprium, presertim magister (?) depo-
sitionem ecclesie cum ut deus in-
quit nunquam latet secretum et cui
omne cor patet, tradidit claves
ecclesie ministris super alios et non
directe super se ipsos et hoc propter
difficultatem cognitionis de peccatorum
venialium et mortalium aliquorum (?)
Tunc quia omnimodo declara-
tionem et perfectam notitiam de causa (?)
mortalium et venialium peccatorum
deus voluit esse nobis celatam
quoniam omnia peccata diligenti studio

vitaremus et sic sibi timore vme-
remus et amaro animo cuncta peccata
generaliter defleremus sicut faciebant
sancti quod de eorum conditione non erat
tibi / ut et peccata venialia confite-
ri non subterfugeremus quia contingit
nos ea incurrere et ut a quibus
eadem peccata in confessione recita-
remus propter maiorem confusionem
Sollicite namque singula peccata pre-
cipue tamen mortalia sunt a nobis vita-
nda quia maxime placent diabolo quia
propter nos hoc ut nos ad peccata
inducat numquam quiescit sed sicut
leo rugiens instigat nos ad ea-
dem et quia maxime displicent
summo amico deo. nihil enim in nobis
tam sibi displicet sicut peccatum morta-
le. Et quia nobis valde nocent
eo quod omnia bona nobis auferunt
et multa mala inferunt. Auferunt
enim nobis primo divinum secundo regni celestis
3o communionem et suffragia fide-
lium. quarto spoliat animam virtutibus
et donis gratiarum et deturpat yma-
ginem dei que facit quasi brutale
cum sit rationalis. Inferunt quia consti-
tuunt nos in servitute dyaboli mise-
rie reddunt nos abhominabiles
deo angelis et hominibus. hec convertunt
in mala medicinalia in vene-
na vitam in mortem et salutem
in dampnationem ut in centaurice
patet / et insuper si peccatum mortale
fuit invictum in homine finaliter
concludit totum ipsum in mendico
excludit a regno. includit in
inferno. Unde sicut dicunt doctores
Si omnes demones et omnes homines
et [illegible] hominum verum ponerentur
ab una parte et unum [illegible]
mum peccatum mortale ex alia magis
timendum esset illud mortale peccatum
quam omnia alia quod peccatum [illegible]

[illegible] verum gratia de peccato continua-
tur dampnat. Alia vero non in se [illegible]
actualiter quia propter peccatum / hiis quoque
malis attentis quia ex peccato
mortali proveniunt diligenter
ea caveamus et diu temporibus [illegible]
ea per sacram confessionem evadamus
ut sic possimus animas nostras
salvare. Ad quod tria nobis sunt
necessaria primo ut verbum dei diligenter
audiamus. 2o ut auditum custo-
diamus memorie retineamus fide
credendo. dicit enim. si verbum dico
vobis et infra qui ex deo est
verba dei audit etc. 3o ut opere
impleamus nam si hoc fecerimus
mortem non videbimus in eternum
ut promittit salvator sub
iuramento. De secundo
scilicet verbi doctrine ubi quod innuit
in hoc quod dicit Si verbum dico
vobis quare non creditis mihi. quasi dicat
ego in hoc mundo notus sum
et ad hoc veni in mundum ut
testimonium perhibeam veritati. Io. xviii
Unde non credit in se non
habita doctrina utrum vel veritate
et quia non peccat Christus unde
irrationabiliter eo solum causam
assignat quare non audiunt verba
eius dicens qui ex deo est verba
dei audit. quod consequenter dat
intelligere suam consequentiam si quis
non est ex deo verba dei non audit
et loquitur a quo loco quod sequitur
verbum. Propterea vos non auditis
quia ex deo non estis / Audie-
bant quidem aure corporis sed non
cordis. sicut et ad deo quanto
ad illam sicut omnes christiani
[illegible] propter ipsum facta sunt. Unde
ut ait Augustinus quendam

alicuius modi offendi a deo
recipitur sed ex contrario de quo
Iohannis i. Non ex sanguinibus neque
ex voluntate carnis neque ex vo-
luntate viri sed ex deo nati sunt
scilicet per graciam baptismalem. et
hoc modo non omnes sunt a deo nati
Cum ergo ex deo est non solum
natura sed fide. non tantum ore sed amore
et conformitate vitae verba dei
audit. non solum aure corporis sed
cordis / propterea vos non auditis
id est non recipitis verba ex ore meo
nec ea creditis quia ex deo non
estis propter vitium verum quod
